AUTHOR:

BREHME, FRIEDRICH
HUGO

TITLE:

LINGUARUM NOVICIARUM
LAXAM TEMPORUM...

PLACE:

GOTTINGAE

DATE:

1879

Master Negative #
93-81320-9

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Brehme, Friedrich Hugo,
Linguarum noviciarum laxam temporum significationem iam priscis linguae latinae temporibus in vulgari elocutione perspici posse; dissertatio... quam... scripsit Fridericus Hugo Brehme... Gottingae, typis expressit officina academica Dieterichiana, 1879.
52 p. 25 cm.

Thesis, Göttingen.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 13½ X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 4-26-93 INITIALS M D. C
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

1.0 1.1 1.25 1.4 1.6 1.8 2.0 2.2 2.5 2.8 3.2 3.6 4.0 4.5 5.0 5.6 6.3

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

LINGUARUM NOVICIARUM
LAXAM TEMPORUM SIGNIFICATIONEM
IAM PRISCIS LINGUAE LATINAE TEMPORIBUS
IN VULGARI ELOCUTIONE PERSPICI POSSE.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

AUCTORITATE ATQUE CONSENSU

IN

ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

FRIDERICUS HUGO BREHME

SCHERNBERGENSIS.

GOTTINGAE MDCCCLXXIX.

TYPIS EXPRESSIT OFFICINA ACADEMICA DIETERICHIANA.

GUIL. FR. KAESTNER.

PARS I.

In quaestionibus grammaticis illud praecipue requirendum est, ut quae verborum vel sententiarum connexus sit causa, ab omni parte plane accurateque ponderetur; et hoc recte quidem, nam ni causas cujusvis structurae quae sint invenias nec quatenus quaeque cujusvis linguae regula in communi cogitandi ratione humanaeque mentis natura posita sit, nunquam artis grammaticae muneri gravissimo satisfacies. Causarum autem omnis illa indagatio vana atque inutilis fit, nisi ex ipsis scriptorum locis diligenter collectis et accurate inter se collatis et ponderatis constructiones verborum et leges grammaticae ducuntur; nam usus loquendi saepe solus dux in grammaticis quaestionibus est et in maxima linguae diversitate libidinosum imperium exercet nec tamen unquam cogitandi necessitati non obnoxius est. Sed ne vagetur oratio, tractandum nobis proposuimus de linguae latinae temporum laxa significatione, de qua viros doctissimos inter se dissentire constat, non quo nostram explicandi viam unam rectam esse censeremus, sed ut viris doctis ad judicandum traderemus quod nobis visum est.

De laxa temporum significatione, quonam modo singula tempora significationem propriam tempore procedente reliquerint aliamque ab illa diversam assumpserint, unde haec tota mutatio significationis ducenda sit, primo loco dilucide Diezius in opere suo clarissimo quod inscribitur „Grammatik der romanischen Sprachen“ in volumine altero pag. 107 sqq., altero loco Fothius in dissertatione Argentoratensi quae inscribitur „Ueber die Verschiebung der Tempora im Romanischen“ docuerunt ut de hac tota re nihil jam restet, quod explicatione opus est. Nihilominus in loco idoneo ad nonnulla redeamus necesse erit et omnino breviter demonstremus, quid sibi velit haec temporum enallage sane mirifica. Sed ad has temporum mutationes recte intelligendas et in omnes partes illustrandas nonnulla placet praemittere, quae spectant sermonem quam dicimus plebejum ac potissimum id spectandum est, quatenus elocutionis vulgaris propria ratio quae

nobis in scriptis veterum relicta est ad formanda tempora linguarum noviciarum pertineat. Quibus praemissis quid sibi velit illa temporum enallage verbis exponatur ac doceatur jam priscis linguae latinae temporibus in *vulgari elocutione* tanquam praenuncios exstitisse i. e. hoc Latinitatis aevo enallagen temporum statuendam esse. Quod hujus tractationis summum putavimus hoc est, ut demonstremus hanc temporum enallagen in *vulgari elocutione* positam esse et in hac a primis Latinitatis temporibus cerni. Exempla quae accurate scriptorum operibus examinandis collegimus, docebunt mutationem temporum jam pridem in plebejo sermone paratam fuisse. Utinam hic noster conatus viris doctis probetur et opus in re paranda exemplisque colligendis operosum uberiores fructus reddat.

Quanti sit momenti cognitio sermonis latini plebeji ad solvendam quaestionem nostram ex iis quae sequuntur elucebit, quamobrem hic operae pretium videtur esse nonnulla in hanc partem addere.

Atque exploratum habent viri docti et hoc tempore quod sciam fere omnes consentiunt, linguas novicias e sermone plebejo originem duxisse atque doctrinae falsae studiosi sunt si qui censeant, originem illarum linguarum ab oratione accurata et polita qua classici scriptores sint usi, ducendam esse. De vulgari dictione accuratius quaesiverunt Woelfflinus in philologi volumine XXXIV pag. 37 sqq., Schuchardius in opere suo quod inscribitur „Vocalismus des Vulgärlateins“, Rebling „Römische Umgangssprache“.

Quamquam nobis contigit, ut apud scriptores vel pedestris vel poëtici sermonis saepissime verba e vulgari sermone assumpta invenire possimus, quibus alii inscientes, alii consulto usi sunt, atque e testimoniis veterum facile est ad intelligendum, sermonem talem vulgarem, vel plebejum vel rusticum praeter orationem accuratam et politam in usu fuisse, nam, ut exemplis utar, Gellius in ultimo capite noctium Atticarum nomen libri Titi Lavinii „de verbis sordidis“ i. e. de sermone plebejo affert. Festus qui opus quondam celeberrimum Verrii Flacci „de significatione verborum“ excerpsit, nobis fons uberrimus est, e quo permulta verba vulgaria et obscura et obsoleta haurire possumus, grammatici Nonius Marcellus, qui „de compendiosa doctrina“, et Fabius Planciades Fulgentius, qui „de expositione sermonum antiquorum“ scripserunt, sermonem plebejum minime repudiaverunt, tamen non facile est negotium, vulgarem dictionem latinam in monumentis scriptorum restituendi. Nec tamen viri docti, ut vidimus, omiserunt veterum scripta examinantes, quin quae ad vulgarem dictionem referenda sunt, compouerent.

Sed quinam inter scriptores Romanos sermone plebejo usi sunt? Hoc quidem facile est dictu atque recte Woelfflinus loco allato, quum dixit praecipue poëtas comicos dictionem vulgarem adamasse, propterea quod et vita quotidiana iis materiam praebet uberrimam ad fabulas componendas et plebem ipsam humilia et sordida maxime delectant. Si igitur agitur de origine et significatione vocabulorum quae linguarum noviciarum sunt propria, sane Plautus et Terentius celeberrimi illi poëtae comici Romanorum primi sunt inspiciendi. At non solum poëtae comici sed etiam satirarum scriptores sermonem plebis admittunt, quia hi quoque materiam e vita domestica et quotidiana repetunt, nam facetiae acerbae saepius e sermonis genere usitato quam e sermone accurato et polito petuntur. Praeterea familiare epistolicum genus et poësis amatoria eandem exhibent proprietatem ac satira et comoedia in adhibendo sermone plebejo, quae res a prima statim fronte intelligi potest, quia in epistolis quae ad amicos vel ad eos qui sunt genere proximi mittuntur scriptores sibi indulgere et certas dicendi leges negligere solent quod epistolis Ciceronis comprobatur quas ad Atticum vel ad Quintum fratrem scripsit, quae solutiore animo sunt compositae, in carminibus amatoriis autem et in amorum fabulis quae modo sensus suavi voluptate movent, modo sordidam titillationem efficiunt, raro sublime orationis genus adhiberi potest.

Etiam scriptores rerum ecclesiasticarum saepissime elocutionem vulgarem usurpasse explicari potest ea re quod plebi perspicua esse voluerunt ea quae scriberent. Ut sermo plebejus invenitur apud scriptores qui consilio eum adhibuerunt, ut orationem temporibus ac personis accommodarent — atque etiam scriptores classici negligentia aliqua ducti vel orationis hilaritate quadam conspergendae causa nonnumquam licentiam illam sibi sumunt — ita scriptores non satis doctrina exculti genere dicendi vulgari haud raro utuntur. Quod ut verum esse exemplo probemus, non est cur longe abeamus atque ex solo Vitruvio architecto intelligitur.

Haec quidem hactenus. Sufficit demonstrasse, apud multos scriptores latinos cerni verba ex populari dictione sumpta. Ergo dubitari omnino non potest quin sermo vulgaris latinus in usu fuerit.

Quoniam demonstravimus quanti sit momenti cognitio sermonis plebeji ad proprietates grammaticas linguarum noviciarum recte explicandas, age nunc videamus quid sibi velit haec sane mirabilis temporum enallage linguarum noviciarum, quibusnam rationibus nitatur. Linguarum noviciarum conjugationem spectantes, quonam modo singula tempora latina mutata sint, quaenam procedente tempore perierint

quaenam adhuc supersint, inveniemus, quam rem Diezius in opere suo clarissimo quod inscribitur „Grammatik der romanischen Sprachen“ loco supra allato accuratius perlustravit, tempora nonnulla quidem interiisse vestigio fere nullo relicto, ut imperfectum conjunctivi activi et perfectum ejusdem modi et futurum absolutum activi, tamen alia ut praesens indicativi et conjunctivi, imperfectum, perfectum, plusquamperfectum indicativi, plusquamperfectum conjunctivi, futurum exactum adhuc superesse. Omnino verbum activum satis integrum ex magno illo temporum naufragio prodiisse constat. Flexura verbi passivi et deponentis interiit, solum participium perfecti passivi servatum est quod in linguis noviciis ad formanda tempora passiva adhibetur.

Adnotatio.

Quibusnam causis interitus temporum variorum et generis passivi et deponentis effectus sit, Diezius praeclare explicavit. Quum jam tempora illa genuina tempore procedente magis magisque mutata essent ac denique omnia fere eorum vestigia interiissent, nova conjugatio quodammodo progerminavit. Etenim verbum auxiliare, quod est habere, cum participio perfecti passivi conjunctum ad tempora praeterita exprimenda usurpatum est, cum infinitivo praesentis conjunctum notionem actionis futurae significavit, ut habeo cantatum, cantavi sonaret, habeo cantare idem esset atque habeo cantandum, habeo quod cantem i. e. cantabo.

Atque in formanda linguarum noviciarum conjugatione laxa quodammodo temporum significatio adhuc perspici potest. Quam rem sane mirabilem primus Diezius, in operis sui vol. II pag. 112 sqq. animadvertit his verbis usus: „Bei der Gestaltung der romanischen Conjugation ist ausser dem Untergange mehrerer Tempora und dem Wiederaufbau derselben in einem anderen Stil noch die verschobene Bedeutung d. h. der Uebertritt aus einer Zeit- und Modusform in die andere zu erwähnen“.

In iis autem quae sequuntur exemplis allatis argumenta hujus rei profert verbis exponens, plusquamperfectum indicativi servatum esse in lingua Hispaniensi et Lusitana et Provinciali, modo significans actionem praeteritam perfectam, modo simplicem praeteritam, in lingua antiqua Hispaniensi et antiqua Lusitana interdum, in lingua nova Hispaniensi et Lusitana semper significationem imperfecti conjunctivi sumpsisse, ut exempli gratia amaram idem ac amassem et amabam significaret, item plusquamperfectum conjunctivi in locum imperfecti ejusdem modi

in omnibus fere linguis noviciis esse substitutum ut amassem amaret sonaret, futuro exacto notionem futuri absoluti conjunctivi subjectam esse.

Apparet igitur nec plusquamperfectum indicativi nec plusquamperfectum conjunctivi significationem genuinam actionis praeteritae perfectae nec futurum exactum suam propriam significationem retinuisse.

Quae cum ita sint nobis est propositum in hac dissertatione demonstrare, jam priscis linguae latinae temporibus in vulgari sermone quodammodo praenuncios illius laxae temporum significationis perspici posse. Ac ne haec quae disputabimus ex nostro potius sensu, quam ex veritate expressa videantur, re fusius tractata exempla e Plauto, Terentio, Catone, ejus fragmentis, fragmentis Ennii, fragmentis tragicorum et comicorum assumpta in medium proferemus, quae vobis, rem de qua agitur sub oculos subiciant. Ac primum quidem quaestio existit quaedam subdifficilis, utrum plusquamperfectum simplicis praeteriti seu perfecti muneribus fungi possit, suam propriam significationem relinquens, an illam retinens numquam tantum licentiae sibi sumat. Atque in hac re dijudicanda maxime videtur esse necessarium, discrepantiam sententiarum de usu plusquamperfecti paulo accuratius perlustrare. Plusquamperfectum quamquam inter tempora minime parvum obtinet locum et saepenumero animos interpretum occupatos tenet, tamen negligentia quadam tractatum ejusque proprietas parum adhuc perspecta est. A viris qui formarum ipsarum habitum earumque usum diligentissime et subtilissime persecuti esse judicantur, ne ea quidem quae ad communem usum praecipiuntur satis distincte explicata esse ipsa disputatio demonstrabit. Interpretum scriptorum sententiae fusae ac dispersae inveniuntur nec dum copiose de hac re ab iis dictum est ut multa supersint quae accurata explicatione egent. Quum igitur non in omnes partes haec tota quaestio de significatione temporis plusquamperfecti minus usitata tractata sit, operae pretium videtur esse sententiarum discrepantiam quae et in libris grammaticorum et apud interpretes invenitur hic proferre et critica ratione tractare.

Atque alii probare student nullo pacto fieri posse, ut plusquamperfectum indicativi vel conjunctivi significationem actionis imperfectae induat (cfr. Haasius ad Reisig. adnot. 456, Hertzbergius ad Prop. Eleg. I, 20,4), apud scriptores latinos nonnunquam in speciem plusquamperfectum loco imperfecti positum esse, re vera autem rem longe aliter se habere; alii haud raro plusquamperfectum munus temporis imperfecti obiisse censent. Quodsi de hac quaestione hoc loco sententias grammaticorum eorum persequimur qui in quaestionibus grammaticis auctores citari

solent, videbimus, illos aliter atque aliter rem tractasse. Ellendtius, Kruegerus, Kuehnerus, Ramshornius, alii, quos ipsa in disputatione occasione oblata produxisse sufficiet, perpauca tradunt. Atque Zumptius vir artis grammaticae peritissimus, cum ab optimis fundamentis ortus et insigni acumine et praeclara doctrina librum suum exornaverit ad plusquamperfecti proprietatem demonstrandam nihil fere praeter notulas quasdam forte oblatas posuit, apud rerum scriptores nonnunquam plusquamperfectum vi et significatione temporis imperfecti praeditum ad celeritatem exprimendam usurpari. Est hic plusquamperfecti usus non ignotus, sed non solum apud rerum scriptores, ut Zumptius arbitratur, sed ubique literarum invenitur.

Omnia autem ea quae protulit Kruegerus ad res notissimas spectant, quae sunt gravissima desideramus. Affert enim in libro gramm. lat. paragr. 444 adnot. 2 illam plusquamperfecti significationem vel pueris notam, quam ea verba exhibent quorum perfecta vim praesentis admittunt atque in adnot. paragr. 448 plusquamperfectum interdum ad notionem celeritatis exprimendam loco imperfecti usurpari. Ea sunt omnia quae viro docto commemoratione digna sunt visa, nec tamen sufficiunt et restant plura quae accuratiorem explicationem requirunt. Paulo uberius Kruegero, sed parum distincte proprietatem plusquamperfecti explicavit Ramshornius in gramm. lat. ed. II pag. 601, 6 sqq. Hic nonnulla quidem recte affert, alia tamen omni subtilitate carere videntur. Kuehnerus in gramm. lat. § 107. 8. adnot. 10 sine dubio ex omnibus grammaticis quorum sententias modo perlustravimus maxime operam dedit, ut plusquamperfecti proprietatem interpretaretur nec sine sagacitate rem tractavit. Sed modo singulis se continet; dum proprietas plusquamperfecti in sententia *secundaria* quae sit docet, quomodo in sententia *primaria*, quod haud raro invenitur, res sit explicanda, tacet. Videamus quae dicat. Recte affert Kuehnerus plusquamperfectum primo loco poni, ubi res praeterita perfecta cogitetur antequam alia quaedam ad perfectionem venerit, altero loco si in sententia primaria notio iterata per imperfectum expressa sit; in sententia secundaria semper plusquamperfectum tum usurpari, quum ea quae in sententia secundaria contineantur, prius facta sint quam quae in sententia primaria dicta sint. Quin ea omnia recte se habeant, nemo dubitabit; sed desideramus, id quod summi est momenti, quomodo plusquamperfectum, si in sententia *primaria* positum invenitur, explicandum sit. Sed haec hactenus. Supersedemus aliorum quoque grammaticorum judicia hic afferre, quare ad ea quae ab interpretibus in utramque partem sunt dicta transeundum esse censeo.

Interpretum scriptorum primus Haasius in adnot. ad Reisig. gr. lat. adnot. 456 uberius rem tractavit, subtiliter quidem ut solet, non tamen in omnes partes vere judicavit. Etenim negat, quamquam Zumptio concedit, plusquamperfectum haud raro notionem celeritatis exprimere, nonnunquam fieri posse, ut vis plusquamperfecti ita mutetur, ut imperfecti locum illud obtineat, conjicitque fere semper iis locis, ubicunque usurpatum sit plusquamperfectum, tempus praeteritum non tempus praesens spectetur necesse esse, semperque aliquam proprii usus notam quae pro natura loci alias aliter sit explicanda, superesse. Haec sententia sane infirma est moxque apparebit, quibusnam causis aliud sit statuendum. Ne illud *dixerat*, quidem quod saepius invenitur, quum apud scriptores classicos, tum apud poëtas antiquos comicos Haasius recte intellexisse et satis plane interpretatus esse mihi videtur.

De voce *dixeram* alii quoque interpretes meo quidem judicio, quomodo sit explicanda in errore versantur, inprimis Holtzius, qui eandem fere sententiam atque Haasius protulit in synt. prisc. script. lat. vol. II pag. 81: „Ponitur ubicunque quis in loquendo alia re diversa interruptus est, hac sententia: Dixeram de hac re antequam ad alteram veniebam“. Brixius mea sententia in hac re sibi ipsi minime constat, quum quae ad Plaut. Men. prol. 57 sine dubio recte commemoravit, dixeram idem sonare ac dixi, Capt. prol. 17 Holtzii interpretationem secutus repudiet. Quaecunque alia in hanc partem dici possunt, hoc quidem pro certo habendum est, *dixeram* ita intelligendum esse ut hic perfecti munere fungatur, quia fere ubique locorum, quod paulo infra fusius explicabimus, metro flagitante positum est. Quae simplex verbi explicatio apud poëtas comicos semper sufficit atque interpretum scriptorum omni subtilitate in hac re carere possumus. Quem ad finem verbo significatio tribuenda videtur esse quae omnino non inest? Praeterea sexcenties inveniuntur exempla apud poëtas, verba inusitata metri gratia usurpata esse quae in pedestri sermone admodum raro eadem forma vel significatione adhibitae appareant. Ac ne ea quae diximus ex nostro potius sensu quam ex veritate expressa videantur, conferantur quae Koene „Sprache der römischen Epiker“, Luc. Müller „de re metrica poëtarum latinorum“, Zingerle „zu den späteren römischen Dichtern“ Inspruk 1873 de formis tradiderunt, quibus poëtae ad leges metricas stricte observandas usi sunt.

Sed quamquam Haasius opinione ductus „*dixeram*“ propriam plusquamperfecti notionem ubique retinuisse in errore versatur, tamen ei concedendum est,

quod multorum oculos fugit, plusquamperfectum saepius ad familiaritatem quandam exprimendam in vulgari elocutione usurpatum esse. Item silentio non dissimulavit, fueram saepissime pro „eram“ positum esse. Quam plusquamperfecti proprietatem alii quoque interpretes recte observaverunt, ex quo numero comparari possunt inprimis Heusinger ad Cic. off. III, 21, 82 qui lectionem „fuerit“ quam Pearcius praebet suo jure rejecit atque „fuerat“ recepit. Praeterea cfr. Beierus ad Cic. off. III, 21, 82, Bremius ad Corn. Nep. Themist. VIII, 13. Accuratius de hac re Herzbergius in comment. ad Prop. vol. III pag. 43 „verbum substantivum saepissime sententia minime ambigua, modo cum alius verbi participio, modo nude positum pro „erat“ et Propertii libri testantur et recte observaverunt interpretes alii“.

Hic verbi substantivi usus sane mirabilis haud raro non sine aliqua difficultate explicandus est nec sufficiunt interpretum scriptorum et grammaticorum in eam rem adnotationes. Apud Holtzium in synt. prisc. script. lat. explicationem desidero, videtur rem silentio praeteriisse. Heusinger ad Cic. off. III, 21, 82 per etymologiam a Graeco verbo φυω „fuerat“ interpretari studet, ut fuo praes. indic. vim verbi φύω, unde ortum est, retinuerit atque fuerat idem ac „factum erat“, natum erat significet. Haec interpretatio, nisi veriloquium verbi substantivi longe aliter esset explicandum, multum praeberet probabilitatis, sed Neue Formenlehre der latein. Sprache vol. II pag. 594 sqq. egregie disputavit, indicativum fuo quem Diomedes 1 pag. 375 (K.) simul cum formis fuas, fuat commemorat, re vera non exstitisse, qua de causa de exemplis quoque quae Diomedes ad indicativi formam interpretandam ad Ter. Hec. 4, 3, 4 „fors fuat pol“ et ad Verg. Aen. 10, 108 commemorat, aliud erit statuendum; cfr. Non. pag. 111 qui fuant sonare „sim“ vel „fiam“ tradidit et exempla formarum fuam fuas fuat ex Liv. Enn. Pac. aliis attulit. Ergo etymologica ratione in explicanda illa verbi substantivi proprietate uti non licet.

Kruegerus, cujus librum saepius laudabimus, quia multa doctrina nec sine judicii sagacitate scriptus est, quamquam exponendi ratione haud raro res confunduntur, in „Untersuchungen aus dem Gebiete der lateinischen Sprachlehre“ vol. II pag. 314 sqq. in adnot. invenit, haud raro fieri, ut formae verbi substantivi fui, fueram, fuero conjunctae cum participiis praeteriti idem significent ac sum, eram, ero et exempla ex Liv. Corn. Nep. Plin. Epp. sumpta affert (De fueram conjunctum cum participio fut. act. vide Hoppe „zu den Fragmenten aus der Sprache des Cicero“ pag. 19). In iis quae sequuntur Kruegerus magna sine dubio subtilitate quid intersit inter formas fui, fueram, fuero et sum, eram, ero cum participiis conjunctas docuit et mea quidem sententia rectissime, sed verbi substantivi plusquamperfectum *nude* positum, quomodo sit explicandum desideramus.

Kritzius ad Sall. Cat. XXXVII, 1 codicibus neglectis suo jure fuerant pro erant in textum recepit atque tunc plusquamperfecti usum ita explicandum censet, ut praesens verbi substantivi inchoandam modo rem significet, quo fit ut plusquamperfectum quod rei initium jam praeteritum indicat, quum alia res adhuc duret, significatione non a communi imperfecto abhorreat. Quo jure Kritzius hac rei explicatione usus sit, in medio relinquamus.

Animadvertenda sunt quoque ea quae Lorenzius in edit. sua ad Plaut. Most. III, 2, 136 (v. 808) in adnot. de illa verbi substantivi proprietate addidit. „Fueram für eram ist häufig in den Comödien (472, Amph. 430, Merc. 232, Ter. Enn. 569 u. s. w.), bei Liv. und im silbernen Zeitalter (aber nie bei Cicero!) wie *fuero* für ero im fut. ex. pass. bei denselben Verfassern und dem Auctor ad Herenn., Cic. nur Verr. III, 5, 10. Aber die Wahl des Plusquamperfects ist hier etwas auffallend: denn in dergleichen Aussagen („für so und so viel habe ich etwas gekauft“, und „so und so theuer ist es mir gewesen“) ist das Perf. abs. die Jedem natürlich fallende Bezeichnung (dedi 810)“.

Mihi quidem videntur formae fui, fueram, fuero pro sum, eram, ero cum participiis conjunctae esse non solum ad statum absolutum qui ipso participio perfecti expressus est majore cum vi premendum, ut res absoluta praeterita significetur, quod, nisi egregie fallor Zumptius protulit, sed etiam ad diuturnitatem exprimendam. Cfr. Kühnast Liv. Synt. pag. 204 sqq.

Sed quonam modo formae illae, si nude positae sunt, explicari possunt? Sine dubio hic quoque statuendum est, id quod de plusquamperfecto *dixeram* modo commemoravimus, pleniorem formam verbi substantivi metro imperante adhibitam esse; quare neminem fugiet res quae infra nobis fusius tractanda est, in his formis vulgaris elocutionis reliquias conspici; nec omnino in oratione accurata et polita, nunquam in Ciceronis operibus eas invenies ac si argenteo saeculo apud Livium, alios, dispersim cernuntur pro natura loci aliter atque aliter sunt explicandae nec proprietatem sermonis plebeji reliquerunt. Ad fueram cfr. praeterea Madvigius lat. Spr. § 338 Adnot. 6.

Age videamus exempla.

Plaut. *Merc.* II, 1, 8 (v. 232) in quarto p. I S.: Posterius quam mercatus *fueram* visus sum in custodelam simiae concredere. 16: V, 4, 11 (v. 972) in *sexto* p. T. Sept. Nam te istac aetate haud aequom filio *fuerat* tuo adolescenti amanti amicam eripere.

Cist. I, 1, 44 (in *tertio* p. I. Sept.): At satius *fuerat* eam viro dare nuptum.

Mil. III, 1, 125 (v. 720) in *ult.* p. T. Sept.: sin forte [ei] *fuisset* febris, censerem emori.

Stich. IV, 1, 8 (v. 512) in *tertio* pede T. Sept.: Et magis par *fuerat* me vobis dare cenam advenientibus quam ad illum me promittere.

Most. III, 2, 136 (v. 819) in *tertio* p. T. Sept.: Eo pretio empti *fuerant* olim. Tr. Audin *fuerant* dicere.

Amph. I, 1, 274 (v. 430) in *quinto* p. T. Sept.: Eam ego vini, ut matre natum *fuerat* eduxi meri.

Trag fragm. (Ribb.) L. Att. in *primo* p. T. Sept.: Sed uti cui quicque obviam *fuerat.*

Cat. or. rel. (ex rec. Jord.) LVII, 1.: Sed nisi qui palam corpore pecuniam quaereret aut se lenoni locavisset etsi famosus et suspitiosus *fuisset*, vim in corpus liberum non aecum censuere adferri.

Ter. Eun. III, 5, 21 (v. 569) in *sexto* p. 1. O.: forte fortuna domi erat quidam Eunuchus, quem mercatus *fuerat* frater Thaïdi.

Hec. IV, 4, 18 (v. 640) in *quinto* p. 1. S. Nam abducta a vobis praegnas *fuerat* filia.

Adelph. IV, 5, 52 (v. 686) in *sexto* p. T. Sept.: Virginem vitiasti quam te non jus *fuerat* tangere.

Neminem fugiet qui quae attulimus exempla diligenter secum reputaverit, fueram propria significatione relicta imperfecti muneribus fungi. Num *fueram* ex legibus grammaticis ferendum videatur, alia est quaestio quam hic in medio relinquamus et paulo infra fusius interpretabimur. Sed sufficere non potest hanc verbo substantivo propriam significationem quae spectat ad tempus plusquamperfectum hic demonstrasse, restat ut in aliis quoque verbis eandem laxam temporis significationem perspici probemus.

Tetigerunt hanc quaestionem.

Ruddim. in instit. gramm. ed. Stallb. p. 382 sqq.

August. Maria De Monte, vir insigni literarum scientia in opere suo clarissimo: Latium restitutum sive de lingua latina in priorem restituta splendorem p. 148 sqq. qui auctor est pro praeterito imperfecti modi indicativi plusquamperfectum ejusdem modi usurpatum esse exemplisque rem demonstrat. Ipsius sententiam de hujus usus causa sequi non placet. Oudendorpius ad Hirt. bell. Afr. 75, 3.

Ruhnken, in Ter. Andr. I, 5, 23 Keilius ad Prop. Eleg. I, 20, 4; *Lachmann* ad Prop. Eleg. II, 31, 7; *Cannegieterus* in dissert. de aetate et stilo Flavii Aviani cap. XXI p. 315 sqq. *Serv.* in Verg. Aen. IX. v. 799. *Waltherus* in Tac. Hist. II, 23 in Ann. XIV, 21, *Kuehnast* liv. Synt. p. 213 *Dict. Cret. Gloss.* II, 18, IV, 2, 5. VI, 2.

Reisig, Vorles. über lat. Sprachwissensch. § 292 p. 504 ad h. l. Haas. *Cortius* in Ind. ad Sall. voc. „Enallage“, *Jacobi* de synt. in Ov. Trist. et Epp. ex P. observata *Lyccae* 1870 p. 16.

Kritzius ad Sall. Cat. XXXVII, 1. *Fabri* ad Liv. XXI, 2, 7; *Zinkius* Der Mytholog Fulgentius Virciburgi 1867 p. 47 sqq.; ex qua dissertatione luculentissime poetica illa licentia apparet quae ad temporum permutationem spectat. Praeterea commemoranda videntur quae inveniuntur in *Actis Lit. Societ. Rheno-Traject.* p. 276.

Jam multos homines doctos, ut dictum est, occupavit quaestio, num plusquamperfectum praeteriti imperfecti significationem sibi asciscere possit atque multi sine ulla causa negaverunt hoc statuendum esse, existimantes ab elegantia linguae harum formarum promiscuum usum prorsus alienum esse. Ita Hertzbergii sententia ad Prop. Eleg. I, 20, 4 qui quaestionem difficilem solvisse et controversiam pendentem disceptasse sibi videtur quum dicat nunquam latinum sermonem temporum significationes tali modo misceri passum esse; eadem de causa, ut opinor, Haasius vir qui summa viget auctoritate in quaestionibus grammaticis Reisigii sententiam minus probabit. An re vera causa adest, cur a plusquamperfecto laxam illam significationem minus usitatam abjudicemus? Hic in utramque partem disputandum est. Ab hac parte leges grammaticas stricte observatas esse in hoc dicendi genere, si quis sibi persuadeat, is vehementer erret, nam manifestum est fore ut in lingua tam bene exculta et polita quam lingua latina ejusmodi licentiae leges elegantiae et urbanitatis haud mediocriter violarent. Ab illa parte si quis mutationes modorum ac temporum linguae ab ejus origine usque ad interitum diligenter persequitur multum praebet probabilitatis plusquamperfecti quoque significationem simili modo variari posse. Nam nonne videmus

ubique literarum tempora genuinam significationem reliquisse et aliam ab illa diversam assumpsisse? Quis est qui neget tempus praesens pro imperfecto, praeterito, futuro, imperfectum pro praesenti [videlicet post praesens historicum quod vocatur constructione ad sensum conformata] pro plusquamperfecto, perfectum pro praesenti, pro futuro, pro plusquamperfecto, futurum simplex pro praesenti, futurum exactum pro futuro simplici (quod infra uberius disputabitur) iterum ac saepius poni? Quin igitur concedendum non videtur plusquamperfectum quoque per hanc analogiam interdum significationem mutasse et actionem simplicem praeteritam sibi flagitasse? Num haec sola hujus usus interpretatio?

Ut hujus quaestionis tractandae finem faciamus, proprietas scriptorum pedestris orationis ab usu poëtico stricte secernenda est. Atque apparet, scriptores pedestris orationis hoc dicendi genere usos esse negligentia quadam ductos vel ad familiaritatem quandam loquendi indicandam, quamquam haec familiaritas minime ad omnes scriptores pedestris orationis qui hujus temporis proprietatem exhibent, referenda est, atque audeo dicere, ut exemplo utar, historicos quidem hoc tempore mutata significatione ad familiaritatem indicandam non adhibuisse, at contra in familiari epistolico genere, si familiares communicationes ad eos qui genere proximi sunt referantur illas licentias locum tenere posse, facile est ad intelligendum. Hoc quoque reputandum est scriptores saepius temporum formas per attractionem quandam ad similitudinem eorum verborum quae proxime collocata sint, ita revocare, ut potius aequabilitatis et concinnitatis orationis quam legum grammaticarum ratio habita esse videatur. (Cfr. Franciscus Peters „de attractione quadam temporum ac modorum linguae latinae“.) Sed quomodo haec in loquendo neglegentia vel familiaritas observata explicanda videtur? Sine dubio hic vulgaris elocutionis vestigia nobis occurrunt et pro certo haberi debet, formas familiaritatem vel neglegentiam indicantes e plebejo sermone originem duxisse. Si hoc statuendum censemus optime quadrant omnia quae in praefatione a nobis de vulgari elocutione commemorata sunt, scriptorum in adhibendis verbis vulgaribus, quum sibi indulgeant magnam apparere licentiam. Adhuc docuimus laxam plusquamperfecti significationem in operibus scriptorum pedestris orationis in sermone familiari et in negligentia quadam sitam esse. Sed quid dicamus de poëtis? Hic adnotandum puto, quod viri docti satis habent exploratum, poëtas in adhibendo sermone plebejo, ne optimis quidem exceptis, non tam anxios fuisse quam putares; nec raro tum quum forma trita metro minus convenit

verbo vulgari usi sunt. Ut exemplo utar inter omnes constat, legi apud Vergilium infinitivum perfecti „stetisse ex optimorum codicum testimonio pro infinitivo praesentis stare“. Hujus infinitivi testimonia invenies apud Horatium quoque Serm. I, 2, 28: Sunt qui nolint *tetigisse* nisi illas, ubi Schol. Acr. tetigisse pro tangere; vid. Heindorfium ad h. l. qui alia hujusmodi exempla affert. Ad hoc Hor. A. P.: vesanum *tetigisse* timent fugiuntque poëtam. Tib. El. I, 3, 26 duo conjungit enunciata, quorum in altero infinitivus praes., in altero infinitivus perf. cernitur. Ad rem vid. Walch. emendatt. Liv. p. 50; Kritzium ad Sall. Jugurth. 30, 27. Poëtae igitur propter metri difficultatem in componendis carminibus saepenumero commoventur, ut formas e plebejo dicendi generi sumptas adhibeant. Hoc luce clarius fit, si exemplis accurate examinatis statuerimus, in quibusnam versibus et in quibusnam versuum locis illae formae cernantur. Quodsi apparet, plusquamperfecta iis potissimum locis inveniri in quibus integritatem pedis observari necesse sit, hoc firmissimum est argumentum, poëtam deficiente verbo ex lege grammatica concesso quod metro convenisset, forma vulgari forte oblata usum esse in genus metri optime cadente.

Qua de causa locis quibus plusquamperfecti laxa significatio patet, allatis statuamus, legibus metricis quae huc spectant breviter tactis, in quibusnam versuum locis formae illae positae inveniantur. Exempla cernuntur

Plaut. Aul. IV, 3, 16 (v. 648) in *ult.* p. I. S.: Strobilum miror, ubi sit quem egome *jusseram* hic operiri.

ib. IV, 6, 40 (v. 720) in *ult.* p. T. Sept. (ante κατα λ.): Illam ex Silvani luco quam abstul*eras* cedo!

ib. IV, 2, 73 (v. 631) in *ult.* p. I. S.: Quamquam hic manere me herus sese *jusserat.*

ib. IV, 3, 3 (v. 635) in *ult.* p. I. S. Nunc obsecro resecroque mater quod durum *obsecraveram.*

ib. III, 1, 8 (v. 240) in *ult.* p. I. S.: Atque ego istuc Anthrax aliovorsum dix*eram*, non istuc quo tu insimulas.

ib. IV, 2, 28 (v. 586) in *ult.* p. T. Sept. (ante κατα λ.): At illud tibi quod abstul*eras*, cedo!

Asin. I, 1, 112 (v. 125) in *ult.* p. I. S.: Sed quid ego cesso ire ad forum quo incep*eram.*

ib. in *quinto* et *ult.* p. T. Sept.: 1, 3, 59 (v. 210): Quod ego *jusseram*, quod volu*eram* faciebatis.

Capt. III, 5, 62 (v. 720) in ult. p. I. S.: Ut melius consulerem tibi quam illi quicum una (a) puero aetatem exeg*eram*.

ib. V, 1, 18 (v. 938) in ult. p. T. Sept.: Postulo abs te ut mi illum reddas servum, quem hic reli*queram*.

Trin. I, 2, 124 (v. 161) in ult. p. I. S.: alius ad te ven*eram*.

Mil. II, 5, 64 (v. 474) in ult. p. T. Sept.: Eam pol tu ausculantem hic vid*eras*.

Most. III, 1, 6 (v. 547) in ult. p. I. S.: Conveni illum unde hasce aedes em*eram*.

ib. III, 2, 99 (v. 786) in ult. p. I. S. Quod me miss*eras* adfero omne impetratum.

Persa IV, 4, 27 (v. 576) in ult. p. T. Sept.: Venio adduce hanc ut tibi dudum dix*eram*.

Merc. II, 3, 134 (v. 467) in ult. p. T. Sept.: is se ad portum *deixerat* ire dudum.

ib. IV, 2, 71 (v. 698) in ult. p. I. S. Sed eum demiror non venire ut juss*eram*.

ib. IV, 4, 20 (v. 760) in ult. p. I. S. Nempe uxor rurist tua, quam dudum dix*eras* odisse te.

ib. V, 4, 14 (v. 975) in ult. p. T. Sept. Ille quidem illam sese ancillam matri emisse dix*erat*.

Aul prol. 33 in ult. p. I. S. Id ea faciam gratia quo ille eam facilius ducat qui compress*erat*.

Men. prol. 57 in ult. p. I. S. Epidamniensis ille quem dudum *dixeram* nostro seni mendacium.

Curc. III, 1, 55 (v. 425) in ult. p. I. S. Quod istic scriptum esse, id te orare juss*erat*.

Cist. in ult. p. I. S. I, 3, 31: Et eam cognoscerat quam compress*erat*.

Cas III, 3, 17 (v. 476) in ult. p. I. S. Accivi ut juss*eras*.

ib. III, 4, 9 (v. 495) in ult. p. I. S. Nempe tute dix*eras* tuam arcessituram esse uxorem.

Truc. II, 4, 39 (in ult. p. I. S.) Me habebat annum dum hic fuit. Di. Ego sens*eram*.

Asin. I, 3, 57 (v. 209) in *tertio* p. T. Sept.: Ubi quod dederam (= so oft ich etwas gab ad actionem iteratam significandam cfr. Holtzius synt. prisc. script. lat. II. pag. 81) quasi columbae pulli in ore ambae meo usque eratis.

Capt. prol. 17 in *quarto* p. I. S. Fugitivos ille, ut dix*eram* ante -- vendidit.

ib. I, 2, 94 (v. 194) in *quarto* p. I. S. Ad fratrem quo ire dix*eram* mox ivero.

ib. II, 2, 56 (v. 306) in *tertio* p. T. Sept. Qui imperare insu*eram*, nunc alterius imperio obsequor.

Trin. IV, 3, 49 (v. 1056) in *sec.* p. T. Sept.: Nam ego talentum mutuom quoi ded*eram*, talento inimicum mi emi.

Most. II, 2, 56 (v. 487) in *quinto* p. I. S. Lucernam forte oblitus *fueram* extinguere.

Asin. II, 4, 2 (v. 408) in *quarto* p. I. Sept.: Libanum in tonstrinam ut *jusseram* venire is nullus venit.

ib. II, 4, 7 (v. 413) in *quarto* p. I. Sept.: Quor non venisti ut juss*eram* in tonstrinam?

ib. II, 3, 125 (v. 715) in *quarto* p. I. Sept.: Atque illa sibi quae hic *jusserat* mihi statuis supplicasque?

Bacch. IV, 9, 33 (v. 957) in *quarto* p. I. O.: Nam dudum primo ut dix*eram* nostro seni mendacium.

Mil. I, 1, 28 (v. 28) in *quarto* p. I. S. At indiligenter ic*eram*.

Cas. V, 2, 21 (v. 751) in *quarto* p. I. Sept.: Memora ordine, ut tu *occiperas*.

Truc. I, 2, 31 (in quarto p. I. Sept.): Quia te adducturum huc *dixeras* eumpse non campse.

ib. I, 2, 63 (in quarto p. I. Sept.): Te dum vivebas nov*eram*.

Pseud. I, 5, 9 (v. 424) in *quarto* p. I. S: Qua in commeatum volu*eram* argentarium.

Adnot. confr. ad h. l. Ritschelii variet. lect.

Vidul. fragm. XVIII apud Nonium pag. 220, 25; (in quarto p. I. Sept.): Ubiquamque pedem *viderat*, subfurabatur omnis = *videbat*.

Aul. III, 7, 14 (v. 379) in *quarto* p. I. Tr. h.: Sed in aedibus quid tibi meis nam erat negoti me absente; nisi ego juss*eram*.

Summi est momenti locus qui invenitur apud *Ennium* in Ann. rel. XI, VII pag. 54 (ex rec. Vahl.) (in *quinto* pede heroici Hexam.) = missaque per pectus dum transit *striderat* hasta.

Fragm. com. (rec. Ribb.) Tit. 18: Vid*eram* ego te formosam.

Cato R. R. XXXVII: Ridicas et palor quos pridie in tecto posu*erat*, siccos dolato.

Loci Terentiani:

Andr. I, 2, 12 (v. 183) in ult. p. I. O. S. I. Carnufex quae loquitur? DA. Erus est negue provid*eram*.

Heaut. tim. IV, 8, 25 (v. 866) in ult. p. I. S. M. E. Em istuc *volueram*.

Phorm. II, 3, 43 (v. 390) in ult. p. I. S. DE. Quem dixsti? PH. Stilponem inquam nov*eras*.

ib. IV, 3, 8 (v. 613) in ult. p. I. S. Tun *dixeras* huic?

ib. V, 8, 21 (v. 914) in ult. p. I. S. Ferme eadem omnia quae tute dudum coram me incusa*veras*.

Adelph. III. 2, 49 (v. 347) in ult. p. I. O. Si infitias ibit testis mecum est anulus quem amis*erat*.

Eun. III, 1, 14 sq. (v. 404) in ult. p. I. S. Tum sic ubi eum satietas hominum aut negoti si quando odium cep*erat*, requiescere ubi volebat — tum me convivam solum abdicebat sibi.

Hec. IV, 4, 90 (v. 712) in quinto pede I. S. Id ego hoc praesente tibi nolu*eram* dicere.

ib. I, 5, 3 (v. 238) in tertio p. I. O. Uxorem decr*erat* dare se mi hodie.

h. l. nonnulli proponunt lectionem decr*evit* pro decreverat quod ferendum non videtur. Vide Klotzium ad hunc versum.

Hec. III, 1, 17 (v. 298) in tertio pede I. O. Vix me illim abstraxi — vixque huc contul*eram*.

Phorm. II, 3, 76 (v. 423) in sec. p. I. S. Tuos est damnatus gnatus, non tu: nam tua praeteri*erat* jam ad ducendum aetas.

Vidimus quae sint exempla laxae illius temporis significationis. Jam fieri oportet ut de versuum generibus eorumque legibus metricis nonnulla addamus, ex quibus liquet plusquamperfecti significationem minus tritam, quam adhuc tractandam curavimus, sermonis plebeji proprietatem indicare.

Adnotatio.

Per se patet ea tantum versuum genera inspicienda esse, in quibus formae quas diximus vulgares appareant, quare tractatione non tangemus nisi senarium jambicum, trochaicum septenarium, septenarium jambicum sive tetrametrum jambicum, catalecticum octonarium jambicum et trochaicum.

Atque senarius jambicus apud Latinos poëtas spondeum fert non solum in primo, tertio, quinto, sed etiam in secundo et quarto pede et pro spondeo soluta altera longa haud raro anapaestum exhibet; modo sextum jambum integrum manere oportet. Versus septenarii trochaici in unoquoque pede excepto septimo, qui quum ultimus sit ante κατάληξιν, integritatem servare debet, spondeum admittunt ac post secundam dipodiam diaeresin habent quam raro negligunt. Septenarius jambicus post quartum pedem legitimam diaeresin habet, quare hic verus jambus probatur; septimus pes qui ultimus est ante κατάληξιν plerumque integer manet. Octonarii jambici et trochaici ultimum pedem fere semper integrum exhibent, in quarto loco plerumque integritatem servant. Quodsi exemplorum copiam contemplamur apparet, plusquamperfecta plurima in ***ultimo*** pede senarii jambici, in septenario trochaico ***post secundam dipodiam trochaicam*** et in ***ultimo*** pede, in septenarii jambici ***quarto*** et ***ultimo*** pede, in octonarii jambici et trochaici ultimo pede posita esse; iis igitur locis qui pedem integrum vel legitimam caesuram et diaeresin postulant, maxime inveniuntur. Ex quo efficitur, poëtas metri necessitate coactos plusquamperfectis usos esse ac multum praebet probabilitatis illos formas e vulgari elocutione sumptas passim admisisse.

Adnotatio.

Etiam elucebit formas easdem quo saepius metro imperante ponantur eo magis vulgaris dictionis proprietatem indicare, quo rarius, eo magis legibus grammaticis respondere.

Ex iis autem quae antecedunt neminem fugere potest, ut opinor, laxam plusquamperfecti significationem statuendam esse, quamquam ea propter vulgarem usum, quem hic docuimus admitti, legibus grammaticas minus respondeat. Ea autem omnia quae commemoravimus de significatione praeteriti imperfecti quam plusquamperfectum haud raro involvisse diximus, non referenda sunt nisi ad plusquamperfectum ***indicativi***; nam plusquamperfectum conjunctivi apud priscos scriptores Latinos nusquam illa significatione praeditum mihi occurrit. Dubitationis aliquid movere videntur hi loci: Ter. Andr.: III, 1, 20 (479) hic imparatum me si in veris nuptiis ***adortus esset***, quos mihi ludos redderet? Ter. Eun. III, 1, 63: idem hoc tute melius ***invenisses***, Hec. IV, 3, 21 (v. 435) vovisse hunc dicam, si salvos domum ***redisset*** unquam, ut me ambulando rumperet (redisset = rediturus fuerit).

Elucet illam propriam temporis significationem variatam, quidem esse in his exemplis nec vero plusquamperfecto significatio simplicis praeteriti tribui potest; nam neminem fugiet plusquamperfectum hic, notione praeteriti abjecta, notionem futuri assumpsisse et eodem modo usurpatum esse quo alibi futurum exactum, quae res nos postea occupatos tenebit (cfr. Sanct. Min. ed. Bauerus p. 123). Plusquamperfectum conjunctivi autem posteriore tempore simplicem praeteritam notionem expressisse, ex Fulgentio intelligi potest qui magna cum licentia tempora miscens (Mich. Zinkius l. c. p. 47 sqq.) plusquamperfectum conjunctivi saepissime loco imperfecti ejusdem modi adhibuit, praecipue in enunciatis quae „ut finali“ inchoantur.

Et mirum in modum etiam multis saeculis post Fulgentium invenitur plusquamperfectum conjunctivi, ubi praeteritum imperfecti exspectares, ut ille transitus significationis plane appareat. Omnino quicunque linguae latinae processus observantissimus est, facile cognoscet tempore procedente magis magisque temporum significationem quasi obliteratam esse et aetate Latinitatis labantis prorsus promiscuum formarum usum exstitisse. Cujus rei testimonia invenies apud Fothium in dissert. p. 4 qui plusquamperfecti laxam significationem ultimis linguae latinae temporibus exemplis praeclare demonstravit. Atque non possumus quin nonnulla exemplorum ab illo collectorum hic afferamus.

Murat. III p. 1013, a. 777: Promitto si non . . . . . . dederemus . . . . et vos parati *fuissetis* — p. 923, a. 833: Praecepit ut venire *fecissemus* . . . . . et subtiliter *investigassemus*, II p. 971, a. 845. Et ipsi . . . . quod sic *potuissent* — p. 123, a. 920: Benignitas divina nobis aspiravit, ne ultima dies nos inparatos *reperisset*, ut . . . . . . studeremus. E. p. Sagrada *XLV* p. 326, a. 940. Consilium dederunt, ut ipsi monachi *elegissent*. — Ibd.: Rogavit ut adqui*evissent* precibus monachorum ut talem ab*egissent* pastorem . . . . XVI p. 460, a. 1048: Anuit nobis consilium salutare ut . . . . . . fecis*semus* . . . . . et concess*issemus*.

Praeterea inciderunt mihi in mentem exempla labentis latinitatis ex *Dict. Cret.* bell. troj. lib. I XXII miratus perniciem ni *paruissent* et in hunc locum Dederichii Gloss.; ib.: III, 19: hisque mandatum, uti quum tempus *fuisset*, domum ad necessarios eorum perferrent. Etiam Cannegiet. in dissert. de aet. et stil. Flav. Avian. p. 315 sqq. exempla collegit quae eam plusquamperf. . . . proprietatem indicant.

Lucifer in lib. „De non conveniendo cum haereticis“: quia fuerimus metuentes atque sumus, ne illa *fuissent dicta* de nobis, quae sunt dicta de desertoribus Judaeis; idem alibi: ut in veritate currentes dei servi, *mansissent* immobiles, pro *manerent*; et in libro „de non parcendo in deum deliquentibus“: nobis de contra non fuerat surgendum, ne *dicti fuissemus* petulantes; i. e. ne diceremur.

Ergo ut repetamus quae diximus, plusquamperfectum conjunctivi apud scriptores latinos aetate inferiores haud raro significationem simplicem praeteritam sibi sumpsit, minime priscae Latinitatis aetate neque optimis Latinitatis temporibus. Qua de causa non assentimur opinioni Gronovii ad Liv. XXXIV, 11, 4 ubi lectio vulgata praebet: „nisi praesidium Romanus misisset“ (lectionem milesesset quae in veteribus invenitur minime probandam esse a prima statim fronte apparet). Haec verba suo jure interpretibus displicuerunt atque pro misisset „mitteret“ restituendum censebant, at Gronovius misisset defendit, quum putaret haud raro plusquamperf. conj. vi imperfecti ejusdem modi praeditum inveniri et locos nonnullos ad sententiam confirmandam laudat; sed frustra; fefellisse virum doctum sententiam modo vidimus. Atque loci quos attulit Gronovius ex Cicerone, Caesare, Curtio sumpti emendandi sunt, ut imperfectum conjunctivi ubique restituatur, quare recte Lambinus vir optime de lingua latina meritus loco Ciceroniano Philipp. 2 §. 37 ubi leguntur verba „ut frangerer animo propter vitae cupiditatem, quae me manens conficeret angoribus, dimissa molestiis omnibus liberasset“, rectissime pro *liberasset* ex testimonio optimorum codicum *liberaret* correxit.

Eodem modo in Cic. de finibus 5 § 8 ubi legitur: „Quod si quis deus diceret, numquam putarem me in Academia tanquam philosophum disputaturum“, Ernesti egregie fallitur qui pro *diceret* et *putaret dixisset* et *putasset* scribendum censet et quod Goerenzius ad h. l. exemplis refellit dicens talia imperfecta conjunctivi Graeci optativi significationem in se continere. Goerenzius l. c. sine dubio imperfectum conj. recte restituit, sed minime assentior ejus sententiae quam et hic et ad legg. XIII, 31 pag. 258 dixit et Kruegerus quoque in „Untersuch. aus dem Gebiete der lat. Sprachlehre“ vol. II p. 101 secutus est, hoc imperfectum conjunctivi eandem exhibere sententiam atque optativus Graecorum; hunc errorem Ellendtius „De formis conditionalium dictorum linguae latinae“ Regiomontii 1825 aperuit. Cfr. Gernhardi opusc. gramm. p. 71. Minus autem probanda est emendatio quam Ernesti ad Cic. Brut. 67 § 238 proposuit, ubi legitur: „si mores, si vultus denique non omnem commendationem ingenii everteret, majus nomen in

patrono fuisset"; offendit enim Ernestium imperfectum everteret et pro *everteret evertisset* in textum recipi veluit. Sed fefellit virum doctum sententia, imperf. conj. hic quoque restituendum est. Vid. Ellendtium de formis condit. dict. ling. lat. pag. 31.

Idem Ernestius ad Suet. Caligul. III et XIII imperf. accideret reprehendit, pro quo accidisset proponit, quod causis allatis fieri non potest. cfr. ad h. l. Baumgarten-Crusius de genere dicendi Suetonii. Tom. III p. 839.

Minime recte Vorst. ad Just. XIII, 2, 13 „natus fuisset pro nasceretur, plusquamperfectum pro imperfecto ponitur."

Hic erat locus de imperfecto quoque conjunctivi in sententiis conditionalibus nonnulla addendi, quia hoc ad propositum nostrum spectat. Sed quoniam tempus urget, alio fortasse tempore nostram sententiam Viris Doctis proponemus.

PARS II.

Quoniam vidimus quaenam fuerint plusquamperfecti proprietates maxime poëticae, quonam modo removendi sint errores quos tradi a viris doctis demonstratum est, aliam hujuscemodi quaestionem pertractare jucundum videtur. Agitur enim ratio significationem et usum futuri exacti explicandi, de qua re ne ea quidem quae ad communem usum praecipiuntur satis perspicua et distincta esse videbimus nedum ea quae sunt remotiora. Sed antequam longius progredi possumus breviter attingenda sunt ea quae de formis in so exeuntibus tradita sunt, de quibus jam apud antiquos disputatum esse e Gell. noct. Att. XVII, 7 et XVIII, 2 intelligi potest. De formis fut. in so exeuntibus plerique ac fere omnes interpretum et grammaticorum multa perversa scripserunt nec dubitaverunt quin formae in so exeuntes fut. II proprietatem indicarent. Sic ut ex magno numero nonnullos nominemus perperam interpretati sunt formas illas antiquas Voss. Arist. de Analog. III, 15 p. 801 sqq. Schulz gr. lat. p. 234. 25, Ramsh. gr. lat. § 62 p. 142, Hermannus in progr. De Madvigii interpretatione formarum quarundam verbi latini natura et usu p. 9 sqq.; ad hos Zumptius gr. lat. § 43. 1. d.

Ego quidem de formis in so exeuntibus Madvigii sententiae quam exhibet opusc. acad. II p. 6 sqq. „de formarum quarundam verbi latini natura et usu" participem me esse confiteor, quamquam Hermannus in libello quod inscribitur „de Madvigii interpretatione quarundam verbi latini formarum Lipsiae 1844 p. 6 sqq. aliter statuendam esse censet. Elucet enim formam antiquiorem in so exeuntem eodem modo derivatam esse a verbi radice quo apud Graecos futurum primum; ergo ab initio haec forma erat apud Latinos futuri simplicis non item exacti. „Nam in iis verbis quae exeunt in consonantem iisque quae post consonantem in praesenti literam addunt i non radicalem, futurum ut consentaneum est, simile est futuri verborum ejusdem generis Graecorum, ut axo respondeat ei, quod est ἄξω; ea autem verba quae vocali terminantur, formam sequuntur verborum

Graecorum, quae pura dicuntur, ut levasso fiat quemadmodum γελάσσω. Nam quod duplex est sibilans, vel apud Graecos antiquos sonum inter unam et duplicem literam variasse ostendit geminatio apud epicos usitata, ἐγέλασσα. Verborum in i exeuntium (quartae conjugationis) nullae reperiuntur hujuscemodi formae". Quae formarum ratio quamvis sit perspicua multos homines doctos fefellit. Omnino nihil inesse praeteriti in formis illis luculentissime apparet ex ea re quin ex ipsis formis proficiscuntur illi infinitivi impetrassere reconciliassere, averuncassere, alii qui simplicem notionem futuram exhibent. De his infinitivis cfr. Voss de analog. III c. XVII p. 805. Quamquam diximus futurum in so exiens ab initio simplex fuisse, tamen in uno verbo *faxo* significatio futura praeterita remansit, cujus rei permulta inveniuntur exempla apud Plautum et Terentium sed non invenitur sic positum nisi in prima persona. Ergo faxo semper idem valet ac fecero. De faxo praeterea cfr. Voss de analog. III cap. XLI p. 893. Sed haec hactenus.

Transeamus ad fut. II proprietates explicandas quae inprimis apud scriptores comicos in familiari sermone antiquo cernuntur. In prosa oratione comicis exclusis solam celeritatis notionem futurum II exactum exhibet, si simplicis futuri significatione praeditum videmus, sed longissime usus evagatus est apud comicos. Ibi maxime cernitur fut. II in enunciatis conditionalibus et in antecedenti et in consequenti membro; quodsi invenitur in protasi, in apodosi fut. I vel praes. indic. vel perfectum vel imperativus cernitur; sin adhibetur in apodosi, in protasi cernitur praes. aut fut. I. Hoc fusius tractavit exemplisque illustravit Liebigius in programmate Goerlitzensi „Die hypothetischen Sätze bei Ter. pag. 13 sqq. Primus Lindemannus (ad Plaut. cap. II, 2, 64) quam late fut. II pateret usus, perspexit. Quadruplicem enim fut. II usum ponit, primum vulgatissimum quae spectat ad futuri actionem praeteritam quae formationi ipsi respondet, deinde actionem futuram momentaneam, sive momentum futuri temporis, tum singularis celeritatis agendi cogitatae notionem quae cum notione momentanei futuri conjunctissima est, denique ut ipsius verbis utar, aliquam communis opinionis vel exspectationis significationem cum dum aliquid fit sive geritur aliud diu ante fieri debuisse, de communi sententia exspectatum esse significare volumus, unde postea universam traxit opinionis et cogitationis notionem quae alias soli conjunctivo inhaeret. Ea Lindemanni interpretatio repudianda non est multisque locis adhibenda videtur nec tamen omnia comprehendit nec satis distincte expressa sunt quae quarto loco attulit. Omnino haec fut. II proprietas difficillima est ad

interpretandum. Lindemanni rationem explicandi secutus est Holtzius in synt. prisc. script. lat. vol. II pag. 82 sqq. qui multis congestis exemplis breviter tamen rem tetigit. In interpretanda futuri exacti proprietate haec praecipue tenenda sunt: si per fut. II actio significatur absoluta i. e. intra spatium quoddam temporis perfecta, notio praeteriti exhibetur, sin actio nondum ad finem perducta, tamen finis actionis animo comprehenditur, notio praeteriti magis minusve obscuratur, sin usurpatur futurum II ad rem quae proximo tempore fieri potest significandam, omnis praeteriti notio sublata est. Nec multum differt fut. II significatio a significatione fut. I. Ex hac notione praeterita igitur quae et magis minusve obscurata et prorsus sublata videtur omnis fut. II proprius usus deducendus est. Supersedemus fusius tractare quae de usu futuri II notissima apud grammaticos et interpretes afferuntur, satis nobis erit, proprietates vulgatas verbo tetigisse et locos nominasse in quibus praecepta per grammaticos et interpretes traduntur.

Age videamus quae sit sententia vulgata. Atque fut. II usurpatur, ubi duae actiones comparantur quarum altera alteram praecedit, praeterea ubi duo futura exacta ita ponuntur, ut alterum ad alterum referatur, saepissime tamen per antecedens de futura actione adhibetur, si hanc actionem celeriter confectum iri et quasi jam confectam esse exprimendum est. Sententias grammaticorum et antiquiorum et recentiorum et interpretum invenies apud *Thom. Linacrum* de emend. struct. Lat. serm. lib. II pag. 27, 28; *Bang.* in observ. philol. pag. 475 sqq., August. Maria de Monte Lat. rest. vol. III pag. 1284 sqq., Ruddim. instit. gramm. ed. Stallb. vol. II pag. 383 sqq., *Kuehnerum* grammat. lat. 875 adnot. 3. *Voss. Arist.* V, 13 p. 794. Zumpt. ed. VIII § 511 sqq., Haasium ad Reisig. adnot. 455, Madvig. gramm. lat. § 340 adnot. 4. Aug. Matthiaeum de usu fut. exacti Lat. Altenb. 1824, *Heusingerum* ad Cic. off. III, 23, 4, *Goerenzium* de legg. II. c. 18. 45 et III, 20, 49, ad Acad. II, 14, 43.

Ellendtium ad Cic. Brut. § 21.

Heynium in adnot. ad Verg. Aen. IX v. 282 (arguerit pro arguet sed nec ineleganter; fut. II ad opinionem loquentis refertur).

Brixium ad Plaut. Capt. v. 290.

Heinichen „de fut. II et formularum videro, tu videris ratione et usu".

Klotzium in Cic. Tusc. I, 43, 103.

Animadvertenda sunt etiam quae Ruhnken. ad Ter. Adelph. III, 3, 83 addidit: „viderit elegans formula eorum qui curam alicujus rei ad alium rejiciunt." Prae-

4

terea adnotat Matthiae ad Cic. Cat. IV, 6, 11, ubi leguntur verba: Quamobrem sive hoc statueritis — mihi comitem dederitis — „*dederitis* non est pro *dabitis*, ut vult Heum: sed duobus istis futuris uti soleat, quando altera actio non consequens est priori, sed eodem quo prior temporis puncto eventum habet. Itaque sensus est: effeceritis, ut, quum in concionem prodiero, Caesaris auctoritas quasi praesentis orationi meae suffragetur". —

Tum restituit Ernesti in Cic. d. Or. II, 20 quamquam codd. quidam *potero* praebent, fut. II potuero et Muellerus ad h. l. adnotavit, potuero, praesertim praecedente particula si, eadem prorsus ratione ut videro i. e. loco optativi positum esse Muellerus ad Cic. de Or. III, 10 § 37
formulam videro ex perpetuo Ciceronis usu dictum esse pro videbo dicit.

Omnium eorum maxime et eleganti et sano judicio instructus Madvig. opusc. acad. II p. 64 sqq. perspexit quinam fut. II sint proprii fines.

Exemplorum invenitur apud poëtas comicos ingens multitudo, quae omnia distincte et ordinate excerpsimus, non tam ut demonstremus quaenam fuerit Plautina in adhibendo hoc tempore licentia, quinam significationis transitus evadat, quam ut plane intelligatur formas iis potissimum versuum locis apparere, ubi pedem integrum vel legitimam incisionem poni necesse sit. Atque ponite ante oculos vobis quae legitis in

Plaut. Asin. IV, 1, 55 (v. 800) in *ult.* p. I. S. Si *dixerit*, haec multa ei esto.

ibid. V, 1, 1 (v. 828) in *ult.* p. I. S. Ut *jusseris* mi gnate ita fiet.

Amph. I, 1, 310 (v. 466) in *ult.* p. I. S. Jam ille illuc ad erum quom Amphitruonem *advenerit* narrabit.

ibid. III, 2, 49 (v. 930) in *ult.* p. I. S. Pudicitiam egomet comitem *duxero.*

Mil. glor. IV, 9, 14 (v. 1391) in *ult.* p. I. S. Qui omnis se amare credit quae *aspexerit.*

ib. III, 2, 45 (v. 859) in *ult.* p. I. S. Excruciabit me erus domum si *venerit.*

ib. III, 2, 49 (v. 863) in *ult.* p. I. S. Missus sum alio: jam huc *revenero.*

Trin. I, 2, 23 (v. 61) in *ult.* p. I. S. Nempe enim tu, credo, me inprudentem *obrepseris.*

ib. I, 2, 102 (v. 139) in *ult.* p. I. S. Crede huic tutelam, suam rem melius *gesserit.*

Plaut. Trin. II, 4, 22 (v. 424) in *ult.* p. I. S. Nisi forte in ventrem filio *conrepserit.*

ib. II, 4, 64 (v. 465) in *ult.* p. I. S. Nam si sic non licebit, luscus *dixero.*

ib. II, 4, 160 (v. 561) in *ult.* p. I. S. Nam qui vivamus, nihil est si illum *amiserit.*

Plaut. Trin. III, 3, 17 (v. 745) in *ult.* p. I. S. Huic ducendi interea *apscesserit* lubido.

ib. III, 3, 25 (v. 753) in *ult.* p. I. S. Nam certo scio locum quoque illum ubi situm est *comederit.*

ib. III, 3, 32 (v. 760) in *ult.* p. I. S. Ne tu illud verbum actutum *inveneris.*

ib. III, 3, 54 (v. 784) in *ult.* p. I. S. Hoc, ubi thensaurum *ecfoderis*, suspicionem ab adolescente *amoveris.*

ib. IV, 2, 151 (v. 1007) in *ult.* p. I. S. Lubet opservare quid agat: huc *concessero.*

Rud. I, 2, 79 (v. 168) in *ult.* p. I. S. Salvae sunt si illos fluctus *devitaverint.*

ib. VI, 6, 70 (v. 554) in *ult.* p. I. S. Nunc si me adulescens Plesidippus *viderit* — is exhibebit.

ib. III, 5, 9 (v. 788) in *ult.* p. I. S. Ego *recessero.*

ib. III, 5, 10 (v. 789) in *ult.* p. I. S. Si te unquam in urbe *offendero.*

ib. III, 5, 11 (v. 790) in *ult.* p. I. S. Numquam hercle quisquam me lenonem *dixerit.*

ib. III, 5, 12 (v. 791) in *ult.* p. I. S. Si te non ludos pessimos *dimisero.*

ib. III, 5, 30 (v. 810) in *ult.* p. I. S. Si hercle illic illas hodie digito *tetigerit* — peristis ambo.

ib. III, 5, 52 (v. 832) in *ult.* p. I. S. Numquid molestum mihi erit? L. O. Nil, si *caveris.*

ib. IV, 1, 11 (v. 902) in *ult.* p. I. S. In digitis hodie percoquam quod *ceperit.*

ib. V, 2, 63 (v. 1350) in *ult.* p. I. S. Tum fiet, et si tu fidem *servaveris.*

Curc. III, 1, 65 (v. 435) in *ult.* p. I. S. Jam scis ut *convenerit.*

ib. V, 2, 65 (v. 665) in *ult.* p. I. S. Me lubente *feceris.*

Cas. I, 1, 21 (v. 21) in *ult.* p. I. S. Quando ego eam mecum rus uxorem *abduxero*, rure incubabo.

ib. I, 1, 38 (v. 36) in *ult.* p. I. S. Post autem ruri aut erram nisi *comederis.*

ib. III, 3, 7 (v. 465) in *ult.* p. I. S. Ne me necquicquam sibi hodie *advocaverit.*

ib. III, 4, 23 (v. 509) in *ult.* p. I. S. Ego jam per hortum *jussero* meam istuc transire uxorem ad uxorem tuam.

ib. IV, 2, 2 (v. 651) in *ult.* p. I. S. Ego ruri *cenavero.*

Vid. fragm. II (ex rec. Studem.) 36: in ult. p. I. S. Usque donec *solvero.*

Most. III, 1, 62 (v. 590) in *ult.* p. I. S. *Abiero.*

ib. III, 1, 157 (v. 687) in *ult.* p. I. S. Huc *concessero*, dum mihi senatum consili in cor convoco.

Most. III, 1, 159 (v. 689) in *ult.* p. I. S. Igitur tum accedam hunc quando quid agam *invenero.*

ib. IV, 3, 15 (v. 1007) in *ult.* p. I. S. Nisi quis primo vocaverit me, vel apud te *cenavero.*

ib. IV, 3, 45 (v. 1039) in *ult.* p. I. S. Eodem ego opera haec intus tibi *narravero.*

Truc. II, 4, 63 (v) in *ult.* p. I. S. Quid me futurumst, quando miles *venerit.*

ib. III, 2, 4 in *ult.* p. I. S. Jam pol illic me inclamabit s[i m]e adspexerit.

Pers. I, 3, 55 (v. 135) in *ult.* p. I. S. Imo alium *adlegavero* qui vendat.

ib. I, 3, 82 (v. 162) in *ult.* p. I. S. Nam ubi ego argentum *accepero* continuo — adsevito.

ib. I, 3, 84 (v. 164) in *ult.* p. I. S. Si sibi habeat si non extemplo ab eo *abduxero.*

ib. III, 1, 67 (v. 395) in *ult.* p. I. S. Nullum Siculum *acceperis.*

ib. III, 2, 3 (v. 402) in *ult.* p. I. S. Quod si non dederit et hic dies *praeterierit.*

ib. III, 2, 4 (v. 403) in *ult.* p. I. S. Ille jusjurandum *amiserit.*

Merc. II, 2, 41 (v. 311) in *ult.* p. I. S. Sei *movero* me seu secari *sensero,* Lysimache, auctor sum ut me amando hic enices.

ib. III, 2, 5 (v. 548) in *ult.* p. I. S. Voluptate vino amore *delectavero.*

ib. III, 2, 14 (v. 557) in *ult.* p. I. S. Jam jurgio enicabit, si intro *rediero.*

ib. III, 3, 19 (v. 562) in *ult.* p. I. S. Adducam ego illum jam ad te, si *convenero.*

Menaechm. Prol. 54 in *ult.* p. I. S. Nam nisi qui argentum dederit nugas *egerit.*

ib. Prol. 55 in *ult.* p. I. S. Qui dederit magis majores nugas *egerit.*

ib. II, 1, 45 (v. 271) in *ult.* ped. I. S. Id utrumque argentum quando habebo *cavero.*

ib. II, 1, 45 (v. 273) in *ult.* p. I. S. Me lubente *feceris.*

ib. II, 2, 26 (v. 301) in *ult.* p. I. S. Seu tu Culindrus seu Colindrus *perieris.*

ib. III, 3, 21 (v. 544) in *ult.* p. I. S. Ego post *reddidero* tibi.

Stich. III, 1, 35 (v. 436) in *ult.* p. I. S. Me in culpa habeto, nisi probe *excruciavero.*

ib. III, 2, 27 (v. 481) in *ult.* p. I. S. Lubens accipiam certo si *promiseris.*

ib. III, 2, 29 (v. 483) in *ult.* p. I. S. Sic quoniam nihil processit *adiero.*

Capt. I, 2, 81 (v. 190) in *ult.* p. I. S. Ad fratrem quo ire dixeram mox *ivero.*

ib. III, 5, 33 (v. 687) in *ult.* p. I. S. Quando ego exemplis pessumis cruciavero — *misero.*

Capt. III, 5, 37 (v. 691) in *ult.* p. I. S. Pol si istuc faxis haud sine poena *feceris.*

ib. III, 5, 67 (v. 751) in *ult.* p. I. S. Nisi cotidiana sesquiopus *confeceris* — indetur tibi.

Bacch. II, 2, 33 (v. 211) in *ult.* p. I. S. Immo hercle *abiero.*

ib. II, 3, 124 (v. 358) in *ult.* p. I. S. Sed quid futurumst cum hoc senex *resciverit.*

ib. II, 3, 125 (v. 359) in *ult.* p. I. S. Quum se excucurrisse illuc frustra *sciverit.*

ib. III, 4, 8 (v. 506) in *ult.* p. I. S. Ego faxo hau dicet nactam quem *deluserit.*

ib. IV, 5, 5 (v. 765) in *ult.* p. I. S. Ubi me contra *adspexerit.*

ib. IV, 6, 5 (v. 774) in *ult.* p. I. S. *Accessero.*

ib. IV, 6, 30 (v. 800) in *ult.* p. I. S. Inpinge pugnum si *mutiverit.*

ib. IV, 7, 42 (v. 840) in *ult.* p. I. S. Quis igitur obsecrost? CH. *Inveneris.*

ib. IV, 8, 7 (v. 848) in *ult.* p. I. S. Ni illum exanimalem faxo si *convenero.*

ib. IV, 8, 47 (v. 888) in *ult.* p. I. S. Qua quidem te faciam, si tu me *inritaveris.*

ib. IV, 8, 80 (v. 921) in *ult.* p. I. S. Quos non dabo temere etiam priusquam filium *convenero.*

ib. V, 9, 143 (v. 1066) in *ult.* p. I. S. Jam ego huc *revenero.*

Epid. II, 3, 5 (v. 302) in *ult.* p. I. S. Si senex *resciverit.*

ib. III, 4, 69 (v. 495) in *ult.* p. I. S. Quis eam *liberaverit?*

ib. III, 4, 78 (v. 504) in *ult.* p. I. S. Opera igitur fugere hinc — F. *abiero.*

Pseud. I, 5, 63 (v. 478) in *ult.* p. I. S. Ego ne quid noceat *cavero.*

ib. I, 5, 105 (v. 520) in *ult.* p. I. S. Servitum tibi me abducito ni *fecero.*

ib. I, 5, 117 (v. 531) in *ult.* p. I. S. Si quidem istaec opera ut praedicas *perfeceris.*

ib. I, 5, 118 (v. 532) in *ult.* p. I. S. Virtute tu regis Agathocli *antecesseris.*

ib. I, 5, 121 (v. 535) in *ult.* p. I. S. Sed si *effecero,* dabin mi argentum?

ib. I, 5, 160 (v. 573) in *ult.* p. I. S. Tibicen vos interea hic *delectaverit.*

ib. I, 5, 97 (v. 112) in *ult.* p. I. S. Si apstuleris mirum et magnum facinus *feceris.*

ib. III, 1, 14 (v. 780) in *ult.* p. I. S. Nam nisi lenoni hodie munus *missero.*

ib. III, 2, 41 (v. 830) in *ult.* p. I. S. Meas qui essitabunt escas quas *condivero.*

ib. III, 2, 93 (v. 883) in *ult.* p. I. S. Ut quisque quidque conditum *gustaverit,* ipsus sibi faciam.

ib. IV, 4, 5 (v. 1042) in *ult.* p. I. S. Quo jam esse te vis maxime ad eum *duxero.*

Poen. Prolog. 81 in *ult.* p. I. S. Argentum nisi qui dederit nugas *egerit.*

ib. Prolog. 82 in *ult.* p. I. S. Verum qui dederit magis majores *egerit.*

Poen. I, 1, 57 (v. 183) in *ult.* p. I. S. Ubi in jus *venerit* addicet praetor familiam totam tibi.

ib. I, 1, 60 (v. 186) in *ult.* p. I. S. Ubi *expolivero* magis huc tum demum dices.

ib. I, 3, 33 (v. 434) in *ult.* p. I. S. Egomet *abiero.*

ib. II, 1, 3 (v. 443) in *ult.* p. I. S. Di illum infelicent omnes — quive ullum turis granum *sacruficaverit.*

ib. III, 3, 58 (v. 662) in *ult.* p. I. S. Rex sum si ego illunc hodie ad me hominem *adlexero.*

ib. V, 2, 24 (v. 973) in *ult.* p. I. S. Si non, tum ad horum mores linguam *vortero.*

ib. V, 2, 123 (v. 1071) in *ult.* p. I. S. Suam rem sibi salvam cistam, si illoc *venerit.*

Aulul. I, 1, 18 (v. 18 sqq.) in *ult.* p. I. S. Si hercle tu ex istoc loco digitum — *excesseris* aut si respexis donicum ego te *jussero.*

ib. I, 1, 39 (v. 39) in *ult.* p. I. S. Collum quando *obstrinxero.*

ib. III, 8, 97 (v. 522) in *ult.* p. I. S. At ego *jussero* cadum unum vini veteris a me adferrier.

ib. IV, 2, 59 (v. 617) in *ult.* p. I. S. Tantisper ego hinc ab janua *concessero.*

Terent. Andr. Prol. 10 in *ult.* p. I. S. Qui utramvis recte norit ambas *noverit.*

Andr. I, 1, 137 (v. 164) in *ult.* p. I. S. Quem quidem ego si *sensero.*

ib. II, 6, 25 (v. 456) in *ult.* p. I. S. Ego istaec recte ut fiant *videro.*

ib. III, 3, 38 (v. 570) in *ult.* p. I. S. Principio amico filium *restitueris.*

ib. IV, 1, 49 (v. 673) in *ult.* p. I. S. Si *advigilaveris* ex unis geminas mihi conficies nuptias.

Phorm. II, 3, 79 (v. 426) in *ult.* p. I. S. Tute idem melius *feceris.*

Hecub. IV, 4, 18 (v. 700) in *ult.* p. I. S. Post de matre *videro.*

Heautomtim. I, 1, 34 (v. 86) in *ult.* p. I. S. Aut consolando aut consilio aut re *juvero.*

ib. I, 1, 56 (v. 108) in *ult.* p. I. S. Ego quod me in te sit facere dignum *invenero.*

ib. III, 3, 72 (v. 481) in *ult.* p. I. S. Quantam fenestram ad nequitiem *patefeceris.*

ib. IV, 8, 32 (v. 873) in *ult.* p. I. S. Nam te scientem faciam quidquid *egero.*

Phorm. IV, 3, 76 (v. 681) in *ult.* p. I. S. Uxori tibi opus esse *dixero.*

Adelph. I, 2, 47 (v. 127) in *ult.* p. I. S. Si pergis *abiero.*

ib. I, 1, 10 (v. 55) in *ult.* p. I. S. Eludet ubi te victum *senserit.*

ib. III, 2, 48 (v. 501) in *ult.* p. I. S. Si Chremes hoc forte *advenerit* ut ores primum ut maneat.

ib. III, 3, 83 (v. 437) in *ult.* p. I. S. De istoc ipse *viderit* (cf. ad h. l. Ruhnken.)

ib. V, 3, 57 (v. 843) in *ult.* p. I. S. *Pugnaveris.*

ib. V, 3, 59 (v. 845) in *ult.* p. I. S. Ego istuc *videro.*

Trag. Fragm. (Ribb.)

Enn. rel. v. 224 in *ult.* p. I. S. Si te secundo lumine hic *offendero* — moriere.

ib. v. 868 in *ult.* p. I. S. Nihilo minus ipsi lucet cum illi *accenderit.*

Comic. Fragm. (Ribb.)

L. Afran. Fragm. v. 200 in *ult.* p. I. S. Procul huc *concessero.*

ib. v. 334 in *ult.* ped. I. S. Majorem laudem quam laborem *invenero.*

Publ. Syri sent. 319 (Ribb.) in *ult.* p. I. S. Mori necesse est, sed non quotiens *volueris.*

Plaut. Asin. II, 2, 14 (v. 280) in *ult.* p. T. Sept. Erum in obsidione linquet inimicum animos *auxerit.*

ib. II, 2, 61 (v. 327) in *ult.* p. T. Sept. Age age, *mansero* tuo arbitratu.

ib. II, 2, 104 (v. 371) in *ult.* p. T. Sept. Pugno malam si tibi *percussero*, mox quom imitabor Sauream, caveto ne succenseas.

ib. II, 2, 207 (v. 374) in *ult.* p. T. Sept. Ne hodie malo cum auspicio nomen *conmutaveris.*

ib. II, 2, 71 (v. 338) in *ult.* p. T. Sept. Jam devorandum censes si *conspexeris.*

ib. V, 2, 52 (v. 902) in *ult.* p. T. Sept. *Faxo* scias quid pericli sit dotatae uxori vitium dicere.

ib. II, 2, 12 (v. 278) in *ult.* p. T. Sept. Nam si occasioni huic tempus sese *supterduxerit*, nunquam edepol quadrigis albis indipiscet postea.

Amph. I, 1, 157 (v. 313) in *ult.* p. T. Sept. Quid si ego illum tractim tangam ut dormiat? SO *servaveris.*

ib. I, 1, 162 (v. 318) in *ult.* p. T. Sept. Exossatum os esse oportet quem probe *percusseris.*

ib. I, 1, 164 (v. 320) in *ult.* p. T. Sept. Perii si me *adspexerit.*

Amph. I, 1, 203 (v. 358) in *ult.* p. T. Sept. Auferere, non abibis si ego fustem *sumpsero.*

ib. I, 1, 272 (v. 428) in *ult.* p. T. Sept. Victus sum, si *dixeris.*

ib. II, 2, 39 (v. 671) in *ult.* p. T. Sept. Si situlam *cepero*; nunquam edepol tu mihi divini creduis post hunc diem.

ib. II, 2, 41 (v. 673) in *ult.* p. T. Sept. Ni ego illi puteo si occepso animam omnem *intertraxero.*

ib. II, 2, 92 (v. 724) in *ult.* p. T. Sept. Enim vero praegnati oportet (mulieri) malum dari, animo si male esse *occeperit.*

ib. IV, 3, 14 (v. 1048) in *ult.* p. T. Sept. Ubiquemque hominem *aspexero* — obtruncabo in aedibus.

Mil. glor. IV, 4, 16 (v. 1152) in *ult* p. T. Sept. Si *praesenserit* miles nihil ecferri poterit hujus.

ib. II, 3, 26 (v. 297) in *ult.* p. T. Sept. Si falso insimulas Philocomasium hoc *perieris.*

ib. II, 3, 27 (v. 298) in *ult.* p. T. Sept. Si id est verum, tu ei custos additus *perieris.*

ib. II, 5, 50 (v. 460) in *ult.* p. T. Sept. Quemque hic intus *videro* cum Philocomasio ausculantem, cum ego opstruncabo extempulo.

ib. IV, 2, 16 (v. 1007) in *ult.* p. T. Sept. Tibi si illa hodie *nupserit* ego continuo uxorem hanc ducam.

Trin. II, 2, 106 (v. 387) in *ult.* p. T. Sept. Firmum omne erit quod tu *egeris.*

ib. III, 1, 14 (v. 625) in *ult.* p. T. Sept. Huc aliquantum *apscessero.*

ib. III, 2, 29 (v. 655) in *ult.* p. T. Sept. Omnia ego istaec quae tu scio vel *exignavero.*

ib. III, 2, 99 (v. 725) in *ult* p. T. Sept. Egomet quom extemplo arcum et pharetram mi et sagittas *sumpsero* — dormibo placidule in tabernaculo.

ib. IV, 2, 13 sqq. (v. 855 sqq.) in *ult.* p. T. Sept. Nunc adeo si quid ego *addidero* amplius eo conductor melius de me nugas *conciliaverit.*

Rud. III, 4, 50 (v. 755) in *ult.* p. T. Sept. Postea [tu] aspicito meum quando ego tuum *inspectavero.*

ib. III, 4, 74 (v. 779) in *ult.* p. T. Sept. Huc *revenero.*

ib. IV, 4, 91 (v. 1135) in *ult.* p. T. Sept. Si falsa dicam frustra *dixero.*

ib. IV, 4, 107 (v. 1151) in *ult.* p. T. Sept. Si hercle tantillum peccassis — nugas mulier magnus *egeris.*

Curc. II, 3, 15 (v. 294) in *ult.* p. T. Sept. Eos ego si *offendero* ex unoquoque eorum excuciam.

ib. V, 3, 48 (v. 726) in *ult.* p. T. Sept. Hisce ego si tu me *irritaveris* placidum de hodie reddam.

Cist. II, 1, 23 in *ult.* p. T. Sept. ante κατάληξιν. Et me si unquam tibi uxorem filiam *dedero* meam.

ib. II, 1, 48 in *ult.* p. T. Sept. Ne ego dem vivos savium Silenio, nisi ego teque tuamque filiam meque hodie *obtruncavero.*

ib. II, 1, 49 *ult.* p. T. Sept. Postea autem cum primo luci cras nisi ambo *occidero.*

ib. II, 1, 50 in *ult.* p. T. Sept. Nisi pedatu tertio omnis *efflixero.*

ib. II, 1, 53 in *ult.* p. T. Sept. Ubi odium *occeperit* illam extrudet.

ib. II, 1, 12 (v. 359) in *ult.* p. T. Sept. Ego dabo ei talentum primus qui in crucem *excucurrerit.*

ib. III, 3, 18 (v. 921) in *ult.* p. T. Sept. Ego illi porro *denumeravero.*

ib. V, 1, 64 (v. 1113) in *ult.* p. I. Sept. Numquam edepol hodie *designaveris.*

ib. V, 2, 22 (v. 1143) in *ult.* p. T. Sept. Surge ego isti *adfedero.*

ib. V, 2, 52 (v. 1174) in *ult.* p. T. Sept. Ego illum ut sit quietus verberibus *subegero.*

Cas. II, 4, 17 (v. 193) in *ult.* p. T. Sept. Ego pol istam jam aliquovorsum tragulam *decidero.*

ib. II, 6, 36 (v. 284) in *ult.* p. T. Sept. Credo hercle hodie devotabit sortis si *attigerit.*

ib. III, 2, 15 (v. 441) in *ult.* p. T. Sept. Post *convenero.*

ib. III, 3, 22 (v. 805) in *ult.* p. T. Sept. Nunc ego tecum aequom arbitrum extra conjugem *captavero.*

ib. V, 4, 23 (v. 831) in *ult.* p. T. Sept. Si ego unquam adeo post hac tale *admisero*, nulla causa est quin pendentem me uxor virgis verberes.

ib. Epilog. v. 846 in *ult.* p. T. Sept. Verum qui non manibus clare quantum poterit *plauserit*, ei supponetur.

Truc. II, 2, 53 in *ult.* p. T. Sept. Ni ego ero majori vostra facta *denumeravero.*

ib. II, 6, 66 in *ult.* p. T. Sept. mox ad [te] huc cubitum *ivero.*

ib. IV, 4, 23 in *ult.* p. T. Sept. Si aufers puerum a milite omnis tum spes animam *efflaverit.*

Truc. IV, 4, 31 in *ult.* p. T. Sept. Operae mihi ubi erit, ad te *venero.*

Pers. II, 2, 3 (v. 185) in *ult.* p. T. Sept. Ego recte apud illam *dixero.*

ib. II, 2, 37 (v. 219) in *ult.* p. T. Sept. Nunquam ecastor hodie scibis, priusquam ego ex te *audivero.*

ib. II, 2, 68 (v. 250) in *ult.* p. T. Sept. Abi: ego *abiero.*

ib. IV, 4, 15 (v. 565) in *ult.* p. T. Sept. Si hanc *emeris* dii immortales nullus leno te alter erit opulentior.

ib. IV, 4, 23 (v. 572) in *ult.* p. T. Sept. Ne si ferro *parseris* ferreas tibi — videas.

Merc. II, 3, 38 (v. 372) in *ult.* p. T. Sept. Verum ac tutum *abscesserit.*

ib. II, 3, 113 (v. 450) in *ult.* p. T. Sept. Ego aliquid *videro.*

ib. II, 4, 28 (v. 496) in *ult.* p. T. Sept. Non edepol possum priusquam tu ad me *redieris.*

ib. II, 4, 29 (v. 497) in *ult.* p. T. Sept. Ego *fecero.*

ib. V, 2, 68 (v. 907) in *ult.* p. T. Sept. Servata res est demum si illam *videro.*

ib. V, 4, 43 (v. 1003) in *ult.* p. T. Sept. Sed istuc uxor faciet quom hoc *resciverit.*

Menaechm. I, 2, 47 (v. 161) in *ult.* p. T. Sept. Menaechme si ullum verbum faxo, nisi quod *jusseris.*

ib. II, 3, 70 (v. 423) in *ult.* p. T. Sept. Ecastor haud invita *fecero.*

ib. II, 3, 69 (v. 422) in *ult.* p. T. Sept. Si *venerit* eum volo intromitti.

ib. IV, 2, 98 (v. 661) in *ult.* p. T. Sept. Ex tua re ut opinor *feceris.*

Stich. II, 2, 27 (v. 351) in *ult.* p. T. Sept. *Ecfecero.*

ib. IV, 1, 50 (v. 556) in *ult.* p. T. Sept. Quom ille illi qui pollicetur eum cibum *poposcerit.*

ib. IV, 2, 27 (v. 607) in *ult.* p. T. Sept. Tanto pluris qui defendant ire advorsum *jussero.*

ib. IV, 2, 44 (v. 624) in *ult.* p. T. Sept. Quin si *jusseris* eo quoque ibo.

Capt. II, 2, 1 (v. 248) in *ult.* p. T. Sept. Jam ego revortar intro, si ex his quae volo *exquisivero.*

ib. II, 2, 43 (v. 290) in *ult.* p. T. Sept. Eadem ego ex hoc quae volo *exquisivero.*

ib. II, 2, 46 (v. 293) in *ult.* p. T. Sept. Haec tu eadem si confiteri vis tua ex re *feceris.*

ib. II, 2, 64 (v. 311) in *ult.* p. T. Sept. Is uti tu me hic habueris proinde illum illic *curaverit.*

Capt. II, 2, 91 (v. 338) in *ult.* p. T. Sept. Imo alium potius *misero.*

ib. II, 2, 94 (v. 341) in *ult.* p. T. Sept. At nihil est ignotum ad illum mittere: operam *luseris.*

ib. III, 1, 35 (v. 492) in *ult.* p. T. Sept. Sic *egero.*

ib. II, 3, 30 (v. 387) in *ult.* p. T. Sept. Si quem alium benevolentem *videris.*

ib. IV, 2, 18 (v. 794) *ult.* ped. T. Sept. Dentilegos omnis mortalis faciam quemque *offendero.*

ib. IV, 2, 21 (v. 797) *ult.* ped. T. Sept. Qui mi in cursu obstiterit faxo vitae is *obstiterit* suae.

ib. IV, 2, 29 (v. 805) in *ult.* p. T. Sept. Eorum si quoiusquam scrofam in puplico *conspexero* — exculcabo.

ib. IV, 2, 41 (v. 817) in *ult.* p. T. Sept. Eorum ego si in via petronem puplica *conspexero* — reddam.

ib. V, 4, 31 (v. 1025) in *ult.* p. T. Sept. Quoi peculi nihil est, recte *feceris.*

Bacch. III, 6, 26 (v. 555) in *ult.* p. T. Sept. Si non *fecero* male aliquo pacto, me esse dicito ignavissumum.

ib. IV, 4, 44 (v. 695) in *ult.* p. T. Sept. Perge ac facile *ecfeceris.*

ib. IV, 4, 48 (v. 699) in *ult.* p. T. Sept. Si tu illum solem sibi solem esse *dixeris.*

ib. IV, 4, 64 (v. 715) in *ult.* p. T. Sept. Jam faxo hic *erunt.*

Epid. I, 1, 68 (v. 70) in *ult.* p. T. Sept. Quia patrem prius convenire non volt — quam id argentum quod debetur pro illa *dinumeraverit.*

ib. I, 2, 53 (v. 151) in *ult.* p. T. Sept. Jam faxo hic *erit.*

ib. I, 2, 119 (v. 304) in *ult.* p. T. Sept. Ne abitas priusquam ego ad te *venero.*

ib. IV, 2, 23 (v. 578) in *ult.* p. T. Sept. Si hercle te umquam *audivero* me patrem vocare, vitam tuam interimam.

ib. V, 1, 50 (v. 641) in *ult.* p. T. Sept. Ego ad vos Thesprionem *jussero* huc transire.

ib. V, 2, 47 (v. 695) in *ult.* p. T. Sept. Ego *faxo* scies hoc ita esse.

Pseud. I, 3, 97 (v. 333) in *ult.* p. T. Sept. Eadem duo greges virgarum inde ulmearum *adegero.*

ib. I, 3, 116 (v. 350) in *ult.* p. T. Sept. Nam hunc fames jam *occiderit.*

ib. I, 3, 142 (v. 376) in *ult.* p. T. Sept. Si tu argentum attuleris cum illo *perdideris.*

Pseud. II, 2, 59 (v. 654) in *ult.* p. T. Sept. Huc quidem hercle haud ibis intro, ne quid harpax *feceris*.

ib. II, 4, 31 (v. 721) in *ult.* p. T. Sept. Vobis post *narravero*.

ib. II, 4, 65 (v. 755) in *ult.* p. T. Sept. Quo quicque pacto faciat ipsi *dixero*.

ib. IV, 7, 69 (v. 1168) in *ult.* p. T. Sept. Adeo donicum ipsus sese ludos fieri *senserit*.

Poen. I, 2, 131 (v. 337) in *ult.* p. T. Sept. Quando apud me mecum caput et corpus copulas?

Ter. ADELPH. Quo die orcus ab Accheronte mortuos *amiserit*.

ib. IV, 2, 31 (v. 843) in *ult.* p. T. Sept. At ob hanc rem tibi reddam operam ubiubi voles, ubi *jusseris*.

ib. IV, 2, 64 (v. 876) in *ult.* p. T. Sept. Continuo iste ex Syncerasto me cruri fragum *fecerit*.

ib. IV, 2, 85 (v. 897) in *ult.* p. T. Sept. Profecto adincitas lenonem rediget si eas *abduxerit*.

ib. IV, 2, 86 (v. 898) in *ult.* p. T. Sept. Quin prius disperibit faxo quam unam calcem *civerit*.

ib. IV, 2, 106 (v. 918) in *ult.* p. T. Sept. Remora si sit — merito *fecerit*.

ib. V, 4, 46 (v. 1205) in *ult.* p. T. Sept. Bonus bonis *benefecerit*.

ib. V, 4, 48 (v. 1207) in *ult.* p. T. Sept. Isto pretio tuas nos facile *feceris*.

Aulul. II, 2, 27 (v. 158) in *ult.* p. T. Sept. Credo edepol ubi mentionem ego *fecero* de filia mihi ut despondeat.

ib. IV, 2, 3 (v. 561) in *ult.* p. T. Sept. Edepol nae illic pulcram praedam agat, si qui illam *invenerit* aulam onustam auri.

ib. IV, 2, 16 (v. 514) in *ult.* p. T. Sept. Verum ego mihi bibam id ubi *fecero*.

ib. IV, 2, 49 (v. 607) in *ult.* p. T. Sept. Hunc si amitto hinc *abierit*.

Ter. And. II, 2, 37 (v. 381) in *ult.* p. T. Sept. Dictum ac factum *invenerit* aliquam causam.

ib. IV, 1, 16 (v. 640) in *ult.* p. T. Sept. Atqui aliquis dicat: „nihil *promoveris*".

Phorm. IV, 2, 31 (v. 516) in *ult.* p. T. Sept. Idem hic tibi quod boni promeritus feceris *conduplicaverit*.

Hec. III, 3, 41 (v. 401) in *ult.* p. T. Sept. Et illae miserae indigne factam injuriam *contexeris*.

Heaut. tim. III, 3, 23 (v. 584) in *ult.* p. T. Sept. Hic prius se indicavit quam ego argentum *ecfecero*.

Enn. rel. v. 165 (Ribb.) in *ult.* p. T. Sept. Haec tu etsi perverse dices, facile Achivos *flexeris*.

Att. rel. v. 360 (Ribb.) in *ult.* p. T. Sept. Haud dubitavit vitam offerre nec capiti *pepercerit*.

Caec. fragm. v. 227 (Ribb.) in *ult.* p. T. Sept. Hic dum abit huc *concessero*.

Titin. fragm. (Ribb.) in *ult.* p. T. Sept.: Si quisquam hodie praeterhac posticum nostrum *pepulerit* — diffringam.

Quinct. Attae fragm. 4 (Ribb.) in *ult.* p. T. Sept. Atqui ego fontem *occlusero*.

Pomp. Bon. fragm. 92 (Ribb.) in *ult.* p. T. Sept. ante κατάλ. Evannetur et mea opera ut fiat *fecero* ocius.

Plaut. Asin. II, 3, 24 (v. 404) in *quarto* p. I. Sept. Quisque obviam huic *occesserit* irato, vapulabit.

ib. II, 3, 26 (v. 406) in *quarto* p. I. Sept. [Set] si me iratus *tetigerit*, iratus vapulabit.

ib. II, 4, 40 (v. 446) in *quarto* p. I. Sept. Perii hercle, jam hic me *abegerit* suo odio.

ib. III, 3, 115 (v. 705) in *quarto* p. I. Sept.. Inscende actutum LI. Ego *fecero*.

Mil. IV, 6, 37 (v. 1252) in *quarto* pede I. Sept. Per amorem si quid *fecero*, clementi ignoscet animo.

ib. IV, 6, 28 (v. 1243) in *quarto* p. I. Sept. Nam tu te vitam *feceris*, si te ultro largiere.

Most. I, 3, 83 (v. 240) in *quarto* p. I. Sept. Nec recte si illi *disceris*, jam ecastor vapulabis.

Truc. I, 2, 62 in *quarto* p. I. Sept. Dum vivit, hominem *noverit*.

Persa I, 1, 46 (v. 50) in *quarto* p. I. Sept. At pol ego aps te *concessero*.

ib. I, 1, 48 (v. 52) in *quarto* p. I. Sept. Usque ero domi, dum *excoxero* lenoni malam rem magnam.

Merc. III, 1, 20 (v. 518) in *quarto* p. I. Sept. Possin tu, si usus *venerit*, subtemen tenue nere?

Stich. V, 7, 2 (v. 770) in *quarto* p. I. Sept. Si istoc me vorsu *viceris*, alio me provocato.

Asin. V, 1, 11 (v. 839) in *ult.* p. I. O. Ne sic fueris: ilico ego non *dixero*.

Amph. I, 1, 3 (v. 155) in *ult.* p. I. O. Quid faciam si nunc tresviri me in carcerem *conpegerint*.

ib. I, 1, 42 (v. 197) in *ult.* p. I. O. Ea nunc meditabor quomodo illi dicam, quom illo *advenero*.

ib. I, 1, 43 (v. 198) in *ult.* p. I. O. Si dixero mendacium solens meo more *fecero*.

Merc. I, 2, 28 (v. 139) in *ult.* p. I. O. Resinam ex melle Aegyptiam vorato: salvum *feceris*.

ib. I, 2, 29 (v. 140) in *ult.* p. I. O. At edepol tu calidam picem bibito: aegritudo *abscesserit*.

Epid. III, 1, 6 (v. 318) in *ult.* p. I. O. hercle ego illum semel si *prendero* nunquam — sinam.

Sext. Turp. fragm. v. 86 (Ribb.) in *ult.* p. I. O. Haec si impetro abs te facile ut facias satis fructi ex te *cepero*.

Ter. Andr. I, 2, 42 (v. 213) in *ult.* p. I. O. Si lubitum fuerit, causam *ceperit*.

ib. II, 3, 23 (v. 397) in *ult.* p. I. O. Si te aequo animo ferre accipiet neglegentem *feceris*.

ib. IV, 1, 17 (v. 641) in *ult.* p. I. O. Molestus certe ei fuero atque animo morem *gessero*.

Hec. IV, 2, 23 (v. 599) in *ult.* p. I. O. Et me hac suspicione exsolvam et illis morem *gessero*.

ib. IV, 1, 52 (v. 567) in *ult.* p. I. O. Si ipsam rem ut sit *resciverit*.

Heaut. tim. IV, 1, 8 (v. 621) in *ult.* p. I. O. Ne ista hercle magno jam conatu magnas nugas *dixerit*.

ib. IV, 2, 9 (v. 676) in *ult.* p. I. O. Tantundem *egero*.

Adelph. IV, 1, 22 (v. 538) in *ult.* p. I. O. Fuge modo intro, ego *videro*.

Asin. III, 3, 130 (v. 720) in *ult.* p. I. Sept. Quid si *optaro*. LE. Eveniet.

Poenul. V, 4, 57 (v. 1217) in *ult.* p. I. Sept. Jam *faxo* scibis.

Asin. V, 2, 26 (v. 876) in *quarto* p. T. Sept. Jam *faxo* ipsum hominem manufesto opprimas.

Mil. glor. II, 2, 5 (v. 160) in *quarto* p. T. Sept. Quemque a milite hoc *videritis* hominem — huc deturbatote in viam.

ib. II, 2, 45 (v. 200) in *quarto* p. T. Sept. Ego hinc *apscessero* abste huc interim.

ib. II, 3, 61 (v. 332) in *quarto* p. T. Sept. Me homo nemo *deterruerit*, quin ea sit in hisce aedibus.

ib. III, 1, 9 (v. 604) in *quarto* p. T. Sept. Quippe si *resciverint* inimici consilium tuum — occludunt linguam.

Trin. III, 1, 6 (v. 607) in *quarto* p. T. Sept. Si hoc non credis, ego *credidero*.

Rud. III, 4, 54 (v. 759) in *quarto* p. T. Sept. Quas si *attigeris* oculos eripiam tibi.

Cist. II, 1, 22 in *quarto* p. T. Sept. Di me perdant — si illam uxorem *duxero*, mihi unquam quam despondet pater.

Most. V, 1, 54 (v. 1103) in *quarto* p. T. Sept. Sic tamen hinc consilium *dedero*.

Pers. II, 2, 13 (v. 195) in *quarto* p. T. Sept. Ego laudabis *faxo*.

Stich. IV, 2, 13 (v. 593) in *quarto* p. T. Sept. Quin tum stans *opstrussero* aliquid strenue.

Capt. II, 65 (v. 312) in *quarto* p. T. Sept. Bene merenti bene *profuerit*.

ib. IV, 2, 21 (v. 797) in *quarto* p. T. Sept. Qui mi in cursu opstiterit *faxo* vitae is opstiterit suae.

Bacch. I, 1, 15 (v. 49) in *quarto* p. T. Sept. Eadem biberis eadem *dedero* tibi ubi biberis suavium.

Epid. V, 1, 49 (v. 640) in *quarto* pede T. Sept. Cetera haec posterius *faxo* scibis.

Pseud. I, 3, 142 (v. 376) in *quarto* p. T. Sept. Si tu argentum *attuleris* cum illo perdidero fidem.

Poen. IV, 2, 86 (v. 898) in *quarto* p. T. Sept. Quin prius disperibit *faxo*, quam unam calcem civerit.

ib. V, 4, 18 (v. 1180) in *quarto* p. T. Sept. Omnia faciet Jupiter *faxo*.

ib. V, 5, 1 (v. 1269) in *quarto* p. T. Sept. Si ego minam non ultus *fuero* probe — tum profecto me sibi habeant scurrae ludificatui.

Rud. I, 2, 90 (v. 180) in *quarto* p. I. S. Si ad saxum cadit, errationis *fecerit* compendium.

ib. III, 5, 14 (v. 793) in *tertio* p. I. S. Si illas *attigeris* dabitur tibi magnum malum.

Pers. III, 2, 3 (v. 402) in *tertio* p. I. S. Quod si non *dederit* et hic dies praeterierit.

Menaechm. prol. 54 in *quarto* p. I. S. Nam nisi qui argentum *dederit* nugas egerit.

ib. III, 2, 8 (v. 473) in *quarto* pede I. S. Non hercle ego is sum qui sum, ni hanc injuriam meque ultus pulcre *fuero*.

Bacch. IV, 8, 7 (v. 848) in *quarto* p. I. S. Ni illum exanimalem *faxo* si convenero.

Pseud. I, 5, 90 (v. 113) in *quarto* p. I. S. At si non *apstuleris*? PS. virgis caedito.

ib. I, 5, 99 (v. 114) in *tert.* p. I. S. Sed quid si *apstulero* SI do Jovem testem tibi.

Pseud. I, 5, 119 (v. 533) in *tertio* p. I. S. Sed si id non *faxis*, num quid causa est, illico quin te in pistrinam condam.

Poen. prol. 81 in *quarto* p. I. S. Argentum nisi qui *dederit* nugas egerit.

ib. I, 1, 34 (v. 160) in *tertio* p. I. S. Utrumque *faxo* habebit et nequam et malum.

ib. V, 2, 13 (v. 962) in *quarto* p. I. S. Aliqua fortuna *fuerit* adjutrix tibi.

Aulul. v. 9 in *quarto* p. I. S. Si hodie hercle fustem *cepero* aut stibulum in manum — grandibo gradum.

Luc. Afran. frag. 68 (Ribb.) in *quarto* p. I. S. Immo Olei mitem *faxo* faciant fustibus.

Amphitruo III, 4, 17 v. 1000 in *quarto* p. I. O. Atque illic susum *escendero*.

Pers. II, 3, 16 (v. 269) in *quarto* p. I. O. Quid faciet mihi, verberibus caedi *jusserit*.

ib. II, 4, 22 (v. 393) in *quarto* p. I. O. Nisi te hodie si *prehendero* defigam in terram colaphis.

Ex his quoque exemplis elucet, poëtas metri necessitate coactos in adhibendo futuro exacto ad id licentiae processisse ut futurum exactum non magno discrimine interposito pro futuro I ponerent; quare neminem fugiet, qui illa exempla accuratius exquisiverit, in iis futuris vulgaris elocutionis vestigia cognosci posse. Atque inveniuntur exempla centum viginti septem ultimo loco versuum senariorum

jambicorum, ubi integrum pedem poni vidimus quod per formam futuri exacti fieri potest, non item per futuri primi formam; centum duo de triginta ultimo loco versuum septenariorum trochaicorum, ubi integrum trochaeum leges metricae flagitant, duodecim quarto loco versuum senariorum jambicorum, ubi propter legitimam diaeresin unice verum jambum probari constat; sedecim ultimo loco versuum octonariorum jambicorum, quia hic fere semper verum jambum poni oportet. In septenariorum jambicorum ultimo loco duo enotavimus exempla; in septenariorum trochaicorum quarto loco duodeviginti; quarto et tertio jambicorum senariorum loco propter legitimum pedum caesuram quatuordecim inveniuntur exempla, denique quarto octonariorum jambicorum loco tria. Pauca restant exempla quorum nunc mentionem faciamus, quae ratione metrica explicationem non admittunt, neque ex metro pendent simulque facere non possumus, quin locos nonnullos ex scriptoribus priscis pedestris orationis sumptos afferamus, in quibus negligentiam quandam scriptorum cognoscimus. Eos viris doctis judicandos tradamus. Illa poëtarum exempla, quae explicationem metricam respuunt, inveniuntur *Plautus Asinariae* I, 1, 104. I, 3, 78 v. 231 in *sexto pede* I. Sept. si alius ad me prius attulerit, tu vale; ib. 2, 4, 33 v. 439 in *secundo pede* jambici septenarii: sic *dedero*: prius quae credidi vix anno post exegi ib. 5, 1, 9 v. 837 in *quinto pede* I. O. credam istuc si te esse hilarum *videro*. ib. IV, 4, 81 v. 488 in *secundo pede* jambici senarii: tam nunquam hinc feres argenti nummum nisi me dare *jusserit* Demaenetus; *Amph.* I, 1, 153 v. 309 in *quinto pede* T. Sept. quisquis homo huc profecto *venerit* pugnos edet; ib. III, 4, 20 v. 1003 in *sexto pede* I. O.: eum fecisse ille hodie arguet quae ego *fecero* hic. *Mil. glor.* II, 3, 36 in *tertio* pede T. Sept.: nunc si indicium facio interii: si taceo interii tamen, si hoc palam *fuerit* ib. III, 3, 52 v. 926 in *secundo* pede I. Sept.: eo potuerit rem lepidius pol fieri; ib. II, 2, 1 v. 156 in *tertio* pede T. Sept.: ni defregeritis talos post hac — ego faciam; ib. II, 5, 44 v. 454 in *tertio* pede T. Sept.: te huc si *omisero* intro ituram; ib. II, 6, 83 v. 566 in *secundo* pede I. S. Ego nunc si post hunc diem *mutivero* — dato excruciandum me; ib. V, 1, 33 v. 1426 in *tertio* pede T. Sept.: Si posthac *prehendero* ego te hic separabo a testibus *Trin.* I, 2, 22 v. 60 in *primo* pede I. S. *faxo* hau tantillum dederis verborum mihi, ib. II, 2, 4 v. 279 in *primo* pede C. Tetr. ac. feceris par tuis factis ceteris parque pietati, tuum si patrem percoles. ib. II, 2, 98 v. 379 in *tertio* pede T. Sept.: et eo pacto *addideris* nostrae lepidae famam familiae ib. II, 4, 63 v. 464 in *secundo* pede I. S.: oculum ego ecfodiam

tibi si verbum *addideris*. *Rud.* III, 4, 26 v. 731 in *tertio* pede T. Sept.: Vos adeo ubi ego *innuero* vobis — virgis circumvinciam.

ib. III, 4, 57 v. 762 in *sexto* pede T. Sept.: si *attigeris* ostium jam tibi hercle in ore fiet messis mergis pugneis;

ib. III, 4, 71 v. 776 in *secundo* p. T. Sept.: maxumo malo suo si *attigerit* sive occeptassit.

ib. IV, 4, 74 v. 1118 in *tertio* p. T. Sept.: si praeterhac verbum *faxis* hodie ego tibi comminuam caput.

Most. I, 3, 54 v. 211 in *sexto* p. I. Sept.: ille te nisi amabit ultro pro capite tuo quantum dedit, *perdiderit* tantum argenti;

ib. V, 2, 12 v. 1133 in *quinto* p. T. Sept. Ego ferare *faxo* ut meruisti in crucem.

Cas. II, 8, 48 v. 380 in *quinto* p. I. S. vir aberit *faxo* domo;

ib. IV, 2, 8 v. 655 in *secundo* p. I. S. cras *habuero*, uxor, ego tamen convivium;

ib. V, 1, 14 v. 725 in *ult.* p. I. Quart. lubens solensque *fecero;*

ib. epil. 5 v. 845 in *sec.* p. T. Sept. qui id *faxit* clam uxorem ducet semper scortum;

Truc. II, 4, 74 in *sec.* p. I. S. jam *faxo* hic aderit;

ib. II, 8, 13 in *sec.* p. I. S. ego *faxo* dicat me in diebus pauculis crudum virum esse;

ib. IV, 2, 48 in *quinto* pede T. Sept.: Jam hercle apud hos omnis magistratus *faxo* erit nomen tuum;

Pers. II, 2, 36 v. 218 in *sec.* p. T. Sept.: ni *sciero* prius ex te, tu ex me nunquam hoc quod rogitas scies;

ib. II, 2, 64 v. 246 in *quint.* p. T. Sept.: et tu hoc taceto. SOPHOCLID.: *tacitum erit;*

ib. II, 4, 21 v. 292 in *sec.* p. I. Sept. specta, quid *dedero?*

ib. III, 3, 34 v. 439 in *quinto* p. I. S. jam *faxo* hic *erit;*

ib. IV, 4, 30 v. 579 in *sexto* p. T. Sept. Si quidem hanc *vendidero* pretio suo;

Merc. II, 3, 78 v. 413 in *sexto* p. T. Sept.: Ego *emero* matri tuae ancillam viraginem.

ib. II, 3, 111 v. 448 in *quinto* p. T. Sept. Istanc rem ego recte *egero;*

Menaechm. IV, 2, 107 v. 670 in *sexto* p. T. Sept.: Si tibi displiceo patiundum, at *placuero* huic Erotio;

Capt. I, 2, 13 v. 118 in *sec.* p. I. S. Si *dederis* erit extemplo mihi quod dem tibi;

ib. IV, 2, 13 v. 789 in *sec.* p. T. Sept.: Nam qui *opstiterit*, ore sistet;

Capt. IV, 2, 17 v. 793 in *quinto* p. T. Sept.: tum genu ut quemque *icero* ad terram dabo;

ib. V, 2, 15 v. 965 in *sexto* p. T. Sept.: Si eris verax, ex tuis rebus *feceris* meliusculas;

Bacch. II, 3, 129 v. 363 in *sec.* p. I. S. *Aufugero* hercle, si magis usus venerit;

ib. IV, 4, 57 v. 708 in *sexto* p. T. Sept.: Hoc ubi *egero* dum istuc agam;

Epid. III, 4, 33 v. 458 in *quinto* ped. I. S.: Duas possidebit mulier *faxo* ferias;

Pseud. I, 1, 47 v. 49 in *quinto* p. I. S.: Ex tabellis jam *faxo* scies;

ib. I, 5, 95 v. 510 in *quinto* p. I. S.: eclidito mi hercle oculum si *dedero;*

ib. II, 2, 46 v. 641 in *quinto* p. T. Sept.: magis solutum erit quam si ipsi *dederis;*

ib. II, 2, 52 v. 647 in *sec.* p. T. Sept.: At ego quando eum esse censebo domi *rediero;*

ib. IV, 1, 39 v. 949 in *sexto* p. I. Sept. Tum *faxo* magis id dicas;

ib. IV, 1, 40 v. 950 in *sec.* pede I. Sept. ni *effecero* cruciabilem me carnufex accipito;

Poen. I, 1, 45 v. 171 in *quinto* p. I. S.: At ego jam *faxo* scies;

ib. I, 2, 133 v. 339 in *tertio* et *sexto* p. T. Sept.: *Faxo* ac tutum *constiterit* lymphaticum;

ib. I, 2, 158 v. 354 in *sec.* p. T. Sept. Ego *faxo* si non irata est nihilum non pro te dabit;

ib. I, 2, 193 v. 398 in *sexto* p. T. Sept.: Mox dabo cum ab re divina *rediero;*

ib. I, 3, 33 v. 434 in *ult.* ped. I. S. Egomet *abiero.*

ib. II, 1, 14 v. 452 in *sec.* p. I. S. Ego *faxo* posthac dei deaeque ceteri contentiores mage erunt;

ib. III, 4, 20 v. 721 in *sec.* p. I. S. Si *exierit* leno, quid tunc?

ib. IV, 2, 88 v. 900 in *quinto* p. T. Sept.: Quin meus hercle collibertus *faxo* eris;

ib. V, 3, 35 v. 1147 in *sec.* p. I. S.: Ego *faxo* hospitium hoc leniter laudabitis;

ib. V, 4, 58 v. 1218 in *sexto* p. I. Sept. Nam *faxo* eris mea sponsa;

ib. V, 5, 7 v. 1275 in *sec.* et *sexto* p. T. Sept. Sic *dedero:* arte militari *tetigero* lenunculum;

Aulul. II, 2, 72 v. 203 in *quinto* p. T. Sept.: Si hercle ego te non elinguandum *dedero* usque ab radicibus: auctor sum imperoque ut me quoivis castrandum loces;

ib. III, 8, 105 v. 530 in *sec.* et *quinto* p. I. S.: Ego *faxo* et operam et vinum *perdiderit;*

ib. IV, 2, 15 v. 572 in *sexto* p. T. Sept.: Id si reperero o fides mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam;

Publ. Syri sent. 553 (Ribb.) in *quinto* p. T. Sept.: Quem bono tenere non *potueris* contineas mala;

ib. 592 (Ribb.) in *quinto* p. I. S.: Saepe ignoscendo injuriae *dederis* locum.

Enn. Ann. lib. XIII pag. 32 (Vahlen): Nec mi aurum posco nec mi pretium *dederitis*.

ib. lib. XV pag. 51 (Vahlen) O Tite si quid *adivero* curamve levasso ecquid erit praemi.

Loci ex Catone ejusque fragm. sumpti.

Cap. 2, 2: Ubi eas aliasque causas multas *dixerit;* ad rationem — revoca.
„ 3, 3: Si cito *sustuleris* et vasa parata erunt, damni nihil erit ex tempestate.
„ 4: Si ita *feceris*, pabulum boves non ejicient.
ib. In bono praedio si bene *aedificaveris*, beneque *posiveris*.
ib. Ruri si recte *habitaveris*, libentius et saepius venies.
„ 5: Si quis quid *deliquerit* pro noxa bono modo vindicet.
ib. Si passus *erit*, dominus impune ne sinat esse.
ib. Consideret quae dominus *imperaverit*, fiant.
ib. Quod dominus *crediderit*, exigat.
ib. Si *fecerit*, scibit in mente familiae quid siet.
ib. Si ita non *caveris*, quo *impuleris*, triennii fructum emittes.
ib. Si unam rem sero *feceris*, omnia opera sero facies.
„ 6: Si in loco crasso aut caldo *severis*, hostus nequam erit.
„ 18: Si ita *feceris*, trabes pedum XXII longae opus erunt.
„ 23: Si *indideris* defrutum — permisceto crebro.
„ 30: Pabulum avidum quod *condideris* in hieme, quam maxime conservato.
„ 39: Si bene *sarseris*, an bene *alligaveris*, et in rimas medicamentum *indideris*, beneque *picaveris* quod vis dolium vinarium facere poteris.
„ 40: Ubi id *feceris* — artito primores digitos tuos.
ib. artito usque ad eo quo *praeacueris*.
„ 41: artitoque ea qua *terebraveris*, alterum ex altera parte.

Cap. 42: apponito in eum locum, unde *execaveris* in alterum genus.
„ 43: Si voles vinea cito crescat et olea quam *severis*, semel in mense sulcos sarrito.
„ 45: Si ita *severis*, uti stettalea melius vivet.
„ 50: Uti vinum *deputaveris*, acerbum lignorium virgarumque facito.
„ 52: Ubi ita *fuerit*, ramum sub gnato praecidito.
„ 54: Aut modium vinaciorum quos in dolium *condideris*.
„ 61: Quod falcula *secueris*, non renascetur.
„ 64: Olea quae *fuerit* in terra — inde Olei minus fiet.
„ 67: Amurcam commutet usque adeo donec in lacum — postremum *pervenerit*.
„ 68: Quotidie ollo lacum commutet, donec in dolium *pervenerit*.
„ 69: Si recte *liveris*, in dolium quinquagenarium cummim: satis erit.
„ 73: Pellem anguinam ubi *videris*, tollito et condito.
„ 91: Si ita *feceris*, neque formicae nocebunt, neque herbae nascentur.
„ 92: postea conspergito amurca omne quod *lutaveris*.
„ 94: Si ita *feceris*, et grossi non cadent et fici scabrae non fient.
„ 96: Si haec sic *feceris*, neque scabrae fient et lanae plus et meliorem habebunt.
„ 98: Si ita *feceris*, tineae non nocebunt.
„ ib. Postea cum *unxeris*, cum, uti voles, extergeto, splendidior erit.
„ 100: Idsi *feceris*, metreta oleum non bibet.
„ 101: Vasque *condideris* oblinito plane.
„ 102: Si bovem, aut aliam quam vis quadrupedem serpens *momorderit* conterito.
„ 103: Hoc si *feceris* ita, boves et corpore curatiores erunt, et morbus aberit.
„ 104: Si quod *superfuerit* post solstitium, acetum acerrimum et pulcherrimum erit.
„ 112: Relinquito in imo quod *desederit*.
ib. Ubi *pluerit* et *siccaverit* tum deligito.
„ 115: Da iis vitibus quod *delegeris*, seorsum servata.
„ 125: Ubi *desiverit* fervere mustum, murtam eximito.
„ 128: Ubi bene *fracuerit*, rutro concidito.
ib. Ubi *concideris* delutato.
„ 129: Quum *pluerit*, lutum non erit.
„ 139: Harumce rerum ergo sive ego sive quis jussu meo *fecerit* uti id recte factum siet.
„ 140: Si *intermiseris* aut feriae publicae aut familiares *intercesserint*, altero piaculo facito.

Cap. 141: Si uno, duobusve *dubitaverit*, sic verba concipito.
„ 143: Si eam tibi *dederit* uxorem ea esto contentus.
„ 144: Si adversus ea quid *fecerit*, quod ipse eo die *delegerit*, pro eo nemo solvet.
ib. Oleam qui *legerint* omnes juranto.
ib. Qui eorum non ita *juraverit* quod is *legerit* omne, pro eo argentum nemo dabit.
ib. Scalae ita uti uti *datae erunt*, ita reddito, nisi quae vetustate *fractae erunt*.
ib. Si non *praebuerit*, quanti *conductum erit*, aut *locatum erit* deducetur.
ib. Qui oleam *legerit*, qui *deportarit*, in singulas deportationes — deducentur.
ib. Si quis adversum ea *fecerit* — jurent omnes socii:
ib. Si non ita *juraverint*, pro ea olea legunda, et faciunda nemo dabit, neque debebitur ei, qui non ita *juraverit*.
ib. Quod oleae falsae non *acceperint* — in modios singulos dabuntur.
„ 145: Si operarii *conducti erunt*, aut facienda *locata erit*, pro eo resolvito.
ib. Si *sumpserit* in singulas sumptiones deducentur.
ib. Factores qui oleum *fecerint* omnes juranto.
ib. Qui eorum non ita *juraverit*, — omne deducetur.
ib. Socium nequem habeto, nisi quem dominus *jusserit*.
ib. Si quid redemptoris opera domino damni datum *erit*, viri boni arbitratu deducetur.
„ 146: Qui oleam *emerit*, amplius, quam quanti *emerit*, omnis pecuniae centesima accedet.
ib. Aut cui *jusserit*, promittito.
ib. Donicum *solutum erit* aut ita satis *datum erit* — pignori sunto.
ib. Si quid *deportaverit*, domini esto Post annum tertium, quam *severit*, incendito vere primo.

Catonis fragmenta.

Orig. IV, 12: Die quinti in Capitolio tibi cena *cocta erit*.
ib. V, 5: Si quis plus quingenta jugera habere *voluerit*, tanta poena esto.
Oration. rel. V, 1: Cogitate cum animis vestris, (si quid vestrum bello super*fuerit*,) si quid vos per laborem recte *feceritis*, labor ille a vobis cito recedet.
ib. LII (Jord.) 1: Audite sultis milites, si quis vestrum bello super*fuerit*, si quis non *invenerit* pecuniam, egebit.

Sed jam videamus de illa significatione minus usitata, quid sit statuendum, de qua viri docti valde inter se dissentiunt, quam Lindemannus quarto loco attulit. Hic fut. II usus invenitur in enunciatis conditionalibus, vel in enunciatis cum particula *quum* inchoantibus (saepius etiam in elliptica ratione si nulla enunciatio consequitur ad cujus praedicatum notio futuri referri potest, ut semper apodosis supplenda sit. Sic Ter. Andr. 860: Verbum si addideris .... Eun. 1019. Si quidem istuc inpune habueris; Phorm. 440: Si quid opus fuerit, domo me. Vide Liebig. l. c. p. 24 et 25) ubi in apodosi plerumque praes. conj., rarius praes. indic., rarissime fut. I. posita sunt. Cfr. Otto Dressel „De enunciatis condit. apud Latinos. Gottingae 1832. pag. 13 sqq. qui praeter praes. conj. etiam imperativum in antecedente membro adhibitum esse docuit, v. Krueg. Unt. Fasc. II. p. 138 et p. 99 adnot.

Exprimitur illo futuro nescio quomodo probabilitas quaedam sentiendi agendive cogitata, ut res quam fingendo fieri posse sumis non ita longe ab eventu abesse videatur et notio futuri res ex mente agentis spectatas vel in cogitationem inclusas proponit quamquam dici non potest, notionem futuro propriam prorsus esse sublatam, nam ubicunque quid fieri posse sumis cum hac cogitatione semper notio quaedam futuri consociata esse debet. Si ad hanc futuri rationem explicandam Germanica lingua vertentes utimur, plerumque imperf. subjunct. modi adhibemus, ubi Graeci conjunctivis suis utuntur, ut ponatur in protasi ἐαν, in apodosi indicat. fut. vel praes. Sed haec hactenus. Exempla docebunt quae ex ipsa disputatione non satis enucleate procedunt, quonam modo ea fut. II notio recte sit intelligenda. Cfr.

Plaut. Trin. I, 2, 23 (v. 61) in ult. p. I. S. Nempe enim tu *credo* me inprudentem *obrepseris*.
„ Asin. IV, 1, 61 (v. 806) in ult. p. I. S. Si forte pure velle habere *dixerit*, tot noctis *reddat* spurcas.
„ Rud. II, 5, 20 (v. 477) in ult. p. I. S. Nempe optumo me jure in vinclis enicet magistratus, si quis me hanc habere *viderit*.
„ Poen. V, 2, 63 (v. 1012) in ult. p. I. S. Cave si *feceris*, quod hic forte *adspexeris* orat.
Ter. Andr. IV, 1, 49 (v. 673) in ult. p. I. S. Si *advigilaveris* ex unis geminas mihi *conficies* nuptias.

Ter. Phorm. V, 8, 82 (v. 975) in ult. p. I. S. Hisce ego illam dictis ita tibi incensam dabo, ut ne restinguas lacrimis si *extillaveris*.

Plaut. Trin. III, 2, 67 (v. 693) in ult. p. T. Sept. Haec famigeratio te honestet, me autem conlutitet, si sine dote *duxeris*.

" Asin. II, 1, 103 (v. 370) in ult. p. T. Sept. Ego interea illum hic oblectabo prius si forte *advenerit*.

" Asin. V, 2, 28 (v. 878) Possis si forte adcubantem tuum virum *conspexeris*, — cognoscere?

" Men. I, 2, 53 (v. 167) in ult. p. T. Sept. Possis si quis forte *olfecerit* facere conjecturam?

" Men. II, 3, 75 (v. 428) in ult. p. T. Sept. Ne uxor cognoscat te habere, si in via conspexerit.

" Merc. V, 4, 63 (v. 1023) in ult. p. T. Sept. Et per nos quidem hercle egebit quasi qui — *prodegerit*.

" Poen. I, 2, 86 (v. 293) in ult. p. T. Sept. Ibi tibi erit cordolium, si quam ornatam melius forte *adspexeris*.

" Aul. I, 2, 37 (v. 117) in ult. p. T. Sept. Si eam senex anum praegnantem fortuito *fecerit*, quid dubitas, quin sit paratum.

" Most. I, 3, 95 (v. 252) in ult. p. I. O. Ob istuc verbum ne nequiquam Scapha *lepide dixeris* cfr. Madv. Gr. §. 379, 9.

" Truc. II, 3, 23 in quarto p. I. S. Perenne nunc si qua mihi *obtigerit* hereditas — ita ego illam edepol servem.

" Asin. III, 2, 44 (v. 590) in quarto p. I. Sept. Qui verberarem asinos, si forte *occeperint* clamare.

" Trin. I, 2, 120 (v. 157) in tertio p. I. S. Si quid eo *fuerit*, certe illius filiae — habeo dotem, unde dem.

Plaut. Rud. II, 5, 15 (v. 472) in quinto p. I. S. Set autem quid si hanc hinc *apstulerit* quispiam sacram urnam Veneris.

Ter. Andr. IV, 1, 28 (v. 652) in quinto p. I. O. Haud istuc dicas, si *cognoris* vel me vel amorem meum.

Plaut. Most. II, 1, 54 (v. 401). Intus cave muttire quem quam *siveris* (in quinto p. T. Sept.) cf. ad hunc locum adnot. Lor. in ed. sua qui hunc usum fut. II penitus perspexit.

Hic adnotandum est nonnullos viros doctos in ejusmodi formis perfecta conjunctivi agnovisse, putantes aliam pro sua natura sibi postulare explicationem futurum II (vid. Liebigium in programm. Goerlitzensi „Die hypothet. Sätze bei Ter. pag. 15 sqq.). Est haec res sane digna quam aliquantum temporis consideremus. Nam re vera haud raro difficillimum est dijudicatu quum utriusque temporis formae sint consimiles utrum tempus sit intelligendum. Nec vero puduit Gellium hac de quaestione caput integrum contexere (Voss. de analog. III, 13, p. 793 sqq.) duodevicesimo libro [cap. II]. Ibi legimus viros doctos tetigisse quaestionem illam scripserim, venerim, legerim cujus temporis verba sint, praeteriti an futuri an utriusque. Vid. hoc de Gellii loco Kruegeri „Untersuchungen aus dem Geb. der lat. Sprachlehre" pag. 143 in adnot.

Agitur igitur hic potissimum quonam modo utriusque formae discrimen perspici possit, sive respicitur forma ipsa, sive temporis significatio etymologica. Multa scripta reliquerunt viri humanissimi ad hanc controversiam componendam quae partim plane perversa partim probanda nobis videntur. Jam grammatici aetate priores operam dederunt ut quaestionem solverent. Hic inter alios nominandi sunt Linacer emendat. struct. nisi egregie fallor pag. 483, potissimum Vossius in libro suo egregio de arte grammat. V, 15 sive de analog. III, 15, „sed praecipua controversia est de tempore in Rim et Ro. Nam Rim vulgo praeteriti, Ro futuri esse dicunt. Ac metuo ne si aliquem e trivio audias sibilo excipiat hoc qui ignoret. Nimirum hanc sapientiam necdum didicerant veteres illi doctique Romani quos uti ex Agellio supra audimus non puduit disceptare utrum illa in Rim praeteriti sint temporis an potius futuri." Ipsius de hac quaestione sententiam cognoscimus ex l. c. pag. 794.

Quum aliis locis tum hic Vossius sagaciter rem perspexit. Qua de causa multi illum auctorem secuti sunt. Sic August. Maria De Monte idem fere statuendum existimavit (Latium restit. lib. II p. 153) quum dixerit amaverim praeteriti et futuri vocem esse posse ac veteres fut. conjunct. tam in ro quam in Ri flexisse et praeclarum proponit exemplum ex Plaut. Pseud. I, 1, 84 „Quis mihi drachmam reddet, si dederim tibi". Praeterea cfr. Rudimannus (ed. Stallbaum) instit. grammat. lat. pag. 382; Sanct. Min. cap. XIII p. 120 et in hunc locum Perizonius, qui fusius rem disseruit, Baug. observ. philol. Tom. I. p. 492, Tom. II p. 1327. Ex recentioribus Neue, Formenlehre der lat. Spr. vol. II § 70 p. 546; Hermannus in programm. supra laudato p. 9 sqq. Schulzius Gramm. lat. § 89 longe aliam

viam ingressus est, nonnulla quoque invenies apud Struv. „Ueber die lat. Declin. und Conj. p. 171.

Jam redimus ad ea quae Liebigius l. c. ad rem difficilem explicandam attulit. Vult enim vir doctissimus in ejusmodi enunciatis conditionalibus, ubi nos fut. II locum tenere diximus perf. conj. formam intelligi, sed nostro judicio sine omni probabilitate, propterea quod sententiae nulla fere argumenta favent. Nam ex Ciceroniano usu, quo Liebigius postquam addidit exempla quae Kruegerus Gr. lat. p. 870 sqq. collegit, rem probare studet, nemo illam comicorum proprietatem explicare poterit. Gravioribus igitur argumentis opus est ad rem difficilem dijudicandam. In perfecto conj. vel rectius in conj. fut. ex. (ex Madvig. opusc. ac. II) saepius et apud scriptores comicos et inferioris aetatis notionem futuri inesse omnibus notum est, nec tamen ea re efficitur, omnibus dubiis locis ubi inter formam perf. conj. et fut. in enunciatis conditionalibus discrimen quoddam non apparet perfectum conj. esse statuendum. Ad hoc conjunctivi significatio fut. II consimilis nihil habet admirationis, quum perf. conj. forma a futuro exacto neque a perfecto indicativi deducenda sit (Madvig. l. c. pag. 70 sqq. nisi fallor) quae res multos viros doctos vehementer fefellit. Ex quo factum est ut fut. II propriae significationis aliquid perfecto conjunctivi reliquerit. Ergo perfecti conjunctivi genuina significatio notionem temporis futuri in se continet. Minime tamen, ut jam diximus, ea perfecti conjunctivi notione futura facilius adducimur ut credamus, perfectum conjunctivi in omnibus iis enunciatis conditionalibus intelligendum esse.

Age quaeramus alia argumenta ad illud fut. II defendendum.

Eo remedio quo uti solemus in determinandis formis poëticis, quod spectat ad metrum nobis h. l. nihil praebet utilitatis, propterea quod poëtarum usus satis enucleate ostendit, nullum esse discrimen inter formas fut. II et perf. conjunctivi, nam et in hoc et in illo tempore in prima et secunda pluralis persona paenultima anceps cernitur. Atque grammatici veteres judicium plane perversum faciunt et omnia permiscent ad has formas distinguendas. Sic Diomedes perf. conj. brevem, fut. II longam paenultimam in prima et secunda pluralis persona habere scribit, Probus utriusque temporis syllabam longam esse affirmat. Varia quidem judicia. Quam rem jam Emmanuel Alvarus de instit. grammat. viderat p. 507 quum dixit: „grammatici certant et adhuc sub judice lis est; non solum recentiores sed etiam veteres. Diomedes enim docet, praeteritum breve esse, futurum vero longum. Probus utrumque longum esse affirmat. Quare quum versus facies

poëtas optimos imitaberis qui Ri syllabam modo corripiunt modo producunt prout versus postulat“. Hic certe rectius quam Aldus Manutius in lib. IV grammatices de ultimis syllabis regula cognoscendis qui Diomedis sententiam amplexus prorsus perverse rem tractavit.

Voss. Arist. pag. 194 (ed. Foertschius) c. XXI magna doctrina nec sine judicii sagacitate discrepantiam sententiarum quae in libris veterum grammaticorum invenitur distinxit et de futuro judicandum censet, corripi interdum, frequentius produci, de praeterito rem minus esse apertam. Ex recentioribus tetigerunt hanc quaestionem Zumpt gram. lat. § 43 d. Ut opinor rectissime Luc. Muellerus de re metrica poet. lat. pag. 365 „pro necessitate versus variant erimus et eritis in perfecto ac futuro“. Praeterea cfr. Ritterus in Elem. Gramm. Lat. p. 45. et potissimum p. 138: „Ante litteram vocalem brevem epici poëtae in arsi aliquoties produxerunt, sed in iis tantum vocabulis quae sine hac venia hexametris includi non poterant, veluti dĕdĕrītĭs, trānsĭĕrītĭs, cōntĭgĕrītis. Ennius apud Cic. de off. 1, 12, 38. Ovid. Metam. VI, 357. ex Pont. IV, 6 et 16. Talibus exemplis quum nonnulli ex antiquis grammaticis se decipi paterentur, alii penultimam futuri in plurali numero, ut dederimus et dederitis, monuerimus et monueritis, semper produci alii et produci et corripi falso docuerunt“. Deubnerus in Jahn. Ann. Philol. 1831 3. p. 139 Ritteri sententiam minus probavit et inter mensuram fut. II et perf. conj. quoddam discrimen servandum esse censet. Secundum locum Ovidianum fut. II primam et secundam pluralis personam producit, perfecti vero corripit ex opinione Diomedis. Ergo ex iis quae antecedunt luculenter apparet nec Ritteri nec Deubneri sententiam probandam esse, omnino mensuram utriusque temporis in prima et secunda pluralis persona in dubio manere. Quaenam restat ultima ratio rei explicandae? Longe firmissimum ex nostra sententia argumentum nititur in solo usu loquendi quem hic quoque sequamur necesse est atque illo duce magnos errores vitabimus. Sed haec hactenus.

Ergo vidimus significationem mutatam utriusque temporis et futuri exacti et plusquamperfecti re vera apparere. Sed tenendum est hoc loco quod de industria seposuimus, utriusque temporis genuinam, significationem ad tempus praeteritum spectare ac legibus grammaticis nunquam tempora ita misceri debere ut promiscuus formarum usus evadat, i. e. nullo prorsus discrimine fut. II pro fut. I. et plusquamperfectum pro perfecto seu imperfecto ponatur. Si igitur apud poëtas comicos vel apud scriptores pedestris orationis illius aetatis licentia quaedam in adhibendis

temporibus iis qui legunt occurrit, ea res certis quibusdam causis nititur de quibus quae opus sunt supra disputavimus neque unquam genuina significatio prorsus sublata est sed notio futuri et notio praeteriti magis minusve obscuratae videntur esse.

Errata.

P. 10, l. 16 *φύω* pro *φυω*.
l. 17 *φύω* pro *φόω*.
P. 23, l. 9 interpretes pro interpretum.
l. 10 grammatici pro grammaticorum.
P. 24, l. 3 *ἐγέλασσα* pro *ἐγελασσα*.
l. 6 quia pro quin.
l. 16 futurum exactum pro futurum II exactum.
P. 26, l. 3 solent pro soleat.